

CLAVIS

ARTIS LULLIA-
NÆ, ET VERÆ LOGI-
CES DUOS IN LIBEL-
LOS TRIBUTA.

Id est,

SOLIDA DILVICIDATIO ARTIS
magne, generalis, & ultime, quam Raymundus Lullius
invenit, ut esset quarumcunq; artis & scientiarum
clavigera & serperastræ: edita in usum & gratiam co-
rum, qui impendio delectantur compendijs,
& confusionem sciolorum, qui juventu-
rem fatigant dispensidijs:

Operâ & studio

Iohannis Henrici AlstedI.

NE SUTOR ULTRA CREPIDAM.

Accessit

Novum Speculum Logices
minime vulgaris.



ARGENTORATI,

Sumptibus Lazari Zerzneri, Bibliopol.

Anno 1614. I. K.



BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

B68

AD BENEVOLVM LECTOREM PRÆFATIO.



*Mnes homines, Lector Humanissime, naturā scire desiderant, ut ait Aristot. lib. i. metaph. c. i. Et, ut majorum ille gentium orator Cicero ait l. 5. definibus, & l. 1. offic. *Omnes trahimur adducimur ad cognitionis & scientie cupiditatem.* Quamvis autem omnibus ad unum hominibus insatiabile hoc sciendi desiderium à Deo opt. max. insitum sit, alij tamen alijs sunt diligentiores magisque amant studia, quos scilicet æquus amavit Jupiter, & quibus heroicæ præ cæteris obtigit indoles. Nec enim cuivis contingit adire Corinthum, neque quovis ligno fit Mercurius. Sanè ad finem omnes & singuli anhelant, at pauci sunt qui media ad finem ducentia adhibeant. Et hinc est, quod nunc temporis vir doctus sit*

Rara avis interris, nigra, simillima cygno.

Quid enim? Annon ἀληθογνωσίας studium est per difficile? Annon remigium in hoc Oceano est periculosum? Annon iter salebrosum? Id dum viderent viri sapientes, quibus cura erat gloria Dei & salus proximi, omnes ingeniiorum suorum nervos intenderunt, ut viam quandam compendiarum invenirent, ut nec tam tediosum per Virtutis ad Honoris templum & portum esset remigium. In his fuero

P R A E F A T I O

Nominatim (alijs, quos prætereo, illibatus maneat debitus honos:) Aristoteles, Raymundus Lullius, & Petrus Ramus. Hi enim in hoc multū operæ posuerunt, ut homines prorsus feros & Cyclopicos manu quasi ducerent in amoenissima scientiarum vireta. Unum igitur euidentemque hi singuli sibi propositum habuerunt scopum, ad quem collinearunt, licet in inediis dissideant. Ita tamen discent, ut non adversas, sed diversas præscribant methodos: quæc ut possunt, ita debent conciliari. Ea enim dogmata, quæ è diametro non oppontuntur, non sunt impugnanda sed concilianda, in ore in minimè moro augusti illius Augustini l. 2. contrà Cresconium dicentis: *Ego in eâre, in quā nihil causa nostra minuitur, facillimum me præbeo.* Neque sanè temerè lites è litibus ferendæ. Utinam illud pensitarent homunciones quidam illiterati, qui, ut ait magister ille subtilitatum Scaliger, ex alieni nominis ruina sibi gradum comparant ad gloriam, & quibus est volupe aliis obstringillare! Utinam, inquam, illud penscularent! Verum ea nunc, eheu! sunt tempora, ut ferre, non culpare debeamus, quæ mutare nequimus. sanè mutare tragica hæc, & plus quam novercalia philosophorum (de Theologicis bellis cruentis nil dicam) non opis est humanæ. Eò usque enim processit κακογηλία, ut hodie intactis & missis rebus, de personis disceptetur in scholasteriis. Quænam hæc malum! dementia an inscitia? Dementiam

A D L E C T O R E M,

mentiam dico: quia veritas sic potè obruiatur, non eruitur, id quod est tam à φιλόσοφοι. quam quod maximè. Inscitiam dico, & eam quidem extremam: quia servile est & puerile errata artificum ipsi arti imputare. Nam à personâ ad rem nunquam valet consequētia, ut loquimur in scholis. Neque etiam maculae arti aspersæ tollunt ipsam artem. Quid igitur sibi voluntas futuli isti, qui træcis illas nobiliores philosophorum scetas (quæ hodiè vigent) putâ Peripateticorum, Lullistarum, & Ramæorum, ita committunt, ut tantum de lana caprina disputent? Nostrum est more apiculatum omnibus assultare flosculis, & in alvearia intelligeniem, superfæsis aconitis, comporçare. Nostrum est liberè philosophari, ne simus (ut ait Satyricus) scryum pecus, & mancipia alienæ libidinis, ut ait Scaliger. Et cur sumus immemores libertatis philosophicæ? cur juramus in verbâ aliorum? Cur nos addicimus & adjicimus certæ sectæ, ut jus ἀρέσκοντα mordicùs defendamus ceu oracula Apollinis è tripoide profecta? Ita statuere debemus,

Omnianon omni dat sua dona Deus.

Iccircœ dona Dei aliis tributa agnoscere fas est, non autem sibilis excipere, non nam supendere adunco. Aristoteles sat multa habet, quæ arguunt divinæ particulam auræ à Deo concessam. Cur igitur ea non amplectimur ambabus ulnis? Lullius quoque magnū accepit à Deo talentum, quod commode negotia-

P R E M I A T I O

gotiationi concessit, & accessiones insurasque quamplurimas fecit. Cur igitur nobis sordet hujus coqui embammata? Ramus saepè acutum videt, licet quandoque (id etiam Homo-ro accedit) dormitarit, & (quod etiam lyncibus contingit) saepè cæcutiverit. Cur non igitur ex osculamur dona Dei, quæ nobis hoc in vase dedit fruenda? Verum enim verò tantum abest, ut pax & concordia has interfectas uniri possit, ut indies magis ac magis bellum illud exardescat. Is enim hodiè, propter dolor! egregiè se suo defunctum putat munere, qui in subfelliis rodere & fugillare potest Lullistas, Ramistas, vel etiam Peripateticos. ô secula! ô mores! Hoc cacoethes cum primis vexat Aristoteeos & Rameos, quorū illi audiunt peripatetici, hi antiperipatetici, Res ipsa loquitur. Non opus ergo est verbis, ubi rerum testimonia ad sunt. Ast si ipsi non contenti mutuis similitatibus, insuper aggrediuntur Lullistas, qui tamen satagunt suā philosophiam accommodare maximam partem philosophiæ illorum. Miseri Lullistas velut umbra feruntur, ast illi soli sapiunt Lullium igitur damnare, proscribere, deridere, fatuum appellare, & denique quid non? Extrema ergo necessitas flagitat, ut simus solliciti de patronis & patrocinio divini illius viri. Illud verò patrociuum duplex: Unum à literatis, alterum à typographis. Illi quidem debent dare operam, ut dogmata sui præceptoris enucleatè proponant, & multiplicem usum

ad oculum

A D L E C T O R E M

ad oculum ostendant, ne habeant Antagonistæ quod quirientur de obscuritate. Horum verò officium est, sese faciles præbere in excudendis myrotheciis Lullianis, & quidem eleganter describendis figuris. In catalogo litteratorū paucos, ferè dixeroneminem, repnere ausim. Nam commentatores (utinam fuissent commendatores!) Lulliani tenebras potius & nebulas offuderunt, quam lucem attulerunt, aut faciem prætulerunt divino operi. Aut enim sua somnia immiscuerunt, aut obscura per æquè obscura explicarunt, id est, magis magisque & se & alios implicarunt. Exemplo sint ars brevis Agrippæ, Lampas & scrutinium Bruni, Syntaxes Tholozani, opus aureum Valerii de Valeriis, commentarius Pauli principis de la Scalà, &c.

Hi sane viri artem penitissimè cognitam habuerūt, sed in volucris tectas explicationes publici iuris fecerunt, pro suâ scilicet vel invidentia, vel prudentia. Artis enim est arte tegere. Ego autem (absit in vicia dicto) longè longèque aliter affectus sum. Stat enim sententia paucis multa coarctare, claris obscura illustrare, facilibus difficultiora incrustare. En, benigne lector, hujus rei specimē, clavem puta artis Lullianæ, quam judicio & censuræ doctorum virorū submitto, ideoque foras emitto, ut illi videant, num videri debat hæc qualis qualis clavis, quam sic applicari licuit, quia illius ope adyta Lulliana recferare possumus, & penitus ista penetrare pos-

P R E F A T I O

metralia. Catones enim Censorios nil moror, sed corum miror ἀναπληψίαν, quæ facit, ut per videre nequeant splendorem, neque degustare dulcorem Artis hujus. Dabam
Francofurti ad Moenum, urbe Imperia-
li. Anno 1609. ipsis nundinis
autumnalibus.

*Joan. Henr.
Alstedius.*

LIBER PRIMUS.

DE INSTRUMENTIS
ARTIS LOGICÆ.

CAPUT I.

De naturâ logices.

Rimum in qualibet disciplinâ, scientiâ & arte studiû nostrum in eo versari debet, ut *naturam* ejus, etiam atq; etiam investigemus. Id autem fit σύγκρισις ορθη. Σύγκρισις est, quâ expenditur, *Natura* ap-
quid ea ipsa disciplina cum aliis cōmune habeat, quid-
que sibi ut proprium vendicet, & quem in choragia *figenda*,
seu encyclopædiâ philosophicâ locum, extremum ne-
aliquem, an intermedium obtineat, Ista autem σύγκρισις,
perdiscenda est è *dianēta*, id est, summaria, quam vo-
cant, regni philosophici delineatione & adumbratio-
ne. Ea apud alios est alia, adeò quidem, ut heic tot se
offerant sententiæ, quot sunt autores, Iccircò dele-
ctus est habendus & optima distributio è sexcentis se-
ligenda. qualis est ea, quam habet Joannes de Jandu-
no, vir acutissimus, (aliâs Gandavensis) in proœmio
lib. de Anim. *Philosophia* est *organica*, & *inorganica*. *Disciplinarū*
Organica continet tres artes logicas, Grammaticam, Rhe-
toricam, Dialetticā. *Philosophia non organica* est *præctica*,
vel *speculativa*. *Præctica* est *activa*, vel *fattiva*. *Fattiva*
quæ determinat de operibus hominis in materialis exteriori-
rem transcurrentibus: Græcè τοινιδισμ. *Activa* quæ determi-
nat de ejus operibus in ipso hominē remanentibus: quæ in
tres subdividit, *Ethicam*, quæ est de operationibus
hominis secundum se: *Oeconomicam* quæ determinat
de operationibus hominis, ut est pars multitudinis do-
mesticæ: & *Politicanam*, quæ determinat de operationi-
bus hominis, ut est pars multitudinis civilis. *Philoso-*

CLAVIS ARTIS LULLIANÆ

phæ autem theoreticæ seu speculativæ tres sunt partes;
quia scilicet sunt tria entia speculabilia, at non operabiliæ. Quæ verò sunt *entia*, sunt necessaria, quæ autem *contingentia*, ut disputat Tab. de Nat. log. l. i. c. i. Nam quædam entia sunt motui & materiæ sensibili secundum esse & intellectum conjuncta; & talia considerat *Philosophia naturalis*, vulgo *physica*. Alia sunt entia motui & materiæ secundum esse conjuncta, separata autem secundum intellectum, & talia considerat *mathesis*. Alia sunt entia separata secundum esse & intellectum à motu & à materiâ sensibili, & talia considerat *prima philosophia*. Hæc est divisione omnium subtilissima: quicquid recentioresogganiant, dum suas *dialecticas* superstitiones crepant & dilaudant. Exinde ergò videre est, quibuscum philosophiæ partibus & artibus huic nostro organo organorum conveniat vel non.

Oेरμὸς est hujus artis definitio. Heic vix ac ne vix quidem poterimus ἀριθμοῦ, quum densissima definitionum silva occurrat. Si tamen liberè licet proferre, quod liberè sentio, hancce definitionem puto dicere familiam & agmen: *Dialectica est ars rationis dirigendæ instrumenta tradens: sive, est ars tradens modum sciendi.* Genus in hac definitione est *ars*. Ars sanè dialectica, non scientia. Ejus namque sivis opus. Instrumenta prosector fabriçat ad docendi modos. Scal. exerc. i. f. 3. & versatur circa ratiocinandi instrumenta d. l. Adhac omnis scientia necessariorum, & notionum primarum. Arist. i. post. c. 12. Logica verò est contingentium. Tota quippè in notionibus secundis sita. Gocl. part. i. probl. log. q. 9. Notiones autem secundæ & à mente sunt nostræ, & in mente nostræ, alibi nusquam. Zabar. lib. i. de nat. log. c. 3. Logica igitur ars. Sed & Grammatica est ars? Quænam igitur differentia specifica? Dialectica tradit modum sciendi. Id Grammatica non facit. Hic consideretur finis Dialectica

*Definitio
Dialectica.
Genus: ARS*

*Discrimen
inter artem
scientiam.*

LIBER PRIMUS.

3

lellicæ, & ratio formalis objecti. Finis remotissimus est Finis Logi-
ipsa veritas perfectissimaq; scientia. Remotior est benè cas triplex,
differere: propriæ dictus & proximus est directio men-
tis in rerum cognitione Keck. l. i. syst. log. Poulal. in
diss. phil. f. 1. Ratio formalis objecti est tradere modū Ratio for-
sciendi, quod nil aliud est, quam tradere instrumenta malis obie-
sciendi, eorumque naturam, conditiones, & proprie-
tates explicare & demonstrare. Arist. 2. metaph. c. 3.
Timpl. l. i. metaph. c. 1. prob. 9. Modus ergò diffe-
rendi est totale & adæquatum Logices objecū. Hoc Obiectum
est quod Fr. Suarez. dicit disput. i. de Nat. metaph. sect.
f. contex. 35. & 36. ad Dialecticam pertinere, tradere
methodum & modum docendi. Hinc vocatur ars
sciendi, ut quæ tradat τεότως ιπτήμην καὶ πολέμου. Hinc sa-
lutatur εργασία εργασία, & disciplina organica. Habe-
mus οὐδὲ φύσις Fonsecam l. 2. metaph. c. 1. quæst. 2. f.
2. ubi inquit, finem proprium & particularem Diale-
ticæ esse viam & rationē tradere, quâ facile & sine er-
rore possimus ex cognitis incognita intelligere. Item
2. metaph. c. 3. q. 1. f. 5. disertè affirmat, Dialecticæ pro-
prium finem, in quem tota ipsa incumbit, nihil aliud
esse, quam formas omnes sive modos differendi trade-
re. Ergò Dialecticæ munus etiam est tradere modum
sciendi, & per consequens docere instrumenta scien-
tiæ. Ex his efficitur, quod supellex Dialectica fit cum
etis apparata scientiis ad utendum pro suo cuiq; com-
modo atque facultate. Dialecticæ enim instrumentis
utuntur omnes: sic metaphysicus Dialecticè disputat.
Scal. exerc. i. f. 3. Ideò appolitè dicunt in scholis: Logi- Logice ence-
ca est OMNIA & NIHIL. Omnia, quia docet differere miuum,
de omni scibili, τεί μηντεντε. Nihil, quia nil reale in
logicâ est essentiale. Iccirco philosophus in Topicis
appellavit Dialecticam διάλυψις quandam: quia ejus in-
strumenta potestatem scientiis constituerent ad disce-
ptiones. Sicut enim nauta utitur navi à fabro acce-
ptâ, non navigat faber; sic logicus non disputat, sed
docet

CLAVIS ARTIS LULLIANÆ

docet alios disputare. Sicut inquam, navem fabricat artifex, quā acceptā utitur nō bēnator, remex, vector; sua quisque ad commoda, suosq; ad fines, quorū nullius interest nāvis fabricatio: sic physicus utitur ratione definiendi & dividendi, à logico acceptā. Logicus ipse non definit, non distribuit,

Sensibus hoc imis, res non est parva, reponas.

Officium Logice & Logica. Dialectica docet viam definiendi & dividendi, quā acceptā utitur physicus, mathematicus, suos quisque ad usus: sed nullus horum docet viam atque modum definiendi, distribuendi, ratiocinandi. Quis ergo? Ipse logicus, vel physicus, quā est logicus: mathematicus, quatenus est logicis instrumentis instruētus, suffultus, adjutus. Nec enim logicus in quātum logicus, disputat de rebus, sed tantum subministrat alijs artificibus differendi instrumenta, & veluti serperastras. Ad summam: Non Dialecticus, sed metaphysicus Dialecticè, i.e. facultate dialecticâ de metaphysicis rebus, non Dialecticus, sed Physicus Dialecticæ beneficio de rebus physicis edissertat. Aliæ igitur omnes disciplinæ differant, at de rebus tantum suis: sed sola Dialectica tradit modum differendi. Ea propter Logica est & ailiarum disciplinarum administratrix, & mater & formatrix, & cæteris artibus imperat eadem. Leges enim definiendi, dividendi, & quilibet arguendi, leges enunciandi, ordinandi, & concludendi præscribit. Goclen. in anal. exer. 1. Scal. Philosophus ergò peperit logicam, ut ipsa postea utatur: sed non solus. Nam & medicus & Ictus & Theologus & alii utuntur eam. Logicus verò suis instrumentis non utitur, Nihil enim utitur se ipso. Jam verò instrumenta logica conjunctæ sunt idem quod logica. Guil. Ursin. disput. 1. quæst. illust. Philos. Ergò hæc ab illâ non sunt usurpabilia, nec parabilia. Sicut liber erudit & facit malicum, ut eo deinceps in crudendo ferro utatur: sic Philosophus peperit logicam, ut cā postmodum utatur in diffe-

LIBER PRIMUS.

in differendo & ratiocinando. Logica autem ipsa sibi sua instrumenta non singit. Nihil enim est causa efficiens suipius: quia sic esset seipso prius & posterius, adeoque esset & non esset: id quod implicat contradictionem, & repugnat principio primo, *Impossible est omnium principium idem esse & non esse*, quod omnium principiorum est altissimum & generalissimum, i. Post. cont. 81. & 4. metaph. cont. 9. Ex his decidi potest nobilis illa controversia, quomodo logica sit pars & organon philosophiæ.

CAPUT II.

De logica autoribus priscis.

Logicæ definitio hucusq; fuit, sequitur, distributio, *Distributio Logicae.* eaque gemina; quarum una sumitur à causâ efficiente, altera ab ipsis instrumentis, quæ sunt principia logices formalia & intrinseca;

Ratione causæ efficientis variæ commemorantur scholæ Logicæ, de quibus etuditè & prolixè Ramus lib. 1. schol. Dial. Nobis propositum est paucis multa dicere cā de rc, & *as & nō* exhibere scholas logicas *Quatuor omnes*, quæ numero quatuor insignes ostenduntur; *schola Logorum.* divina, mathematica, physica, politica.

Prima est Hebræorum à Prometheo, id est Noeo in *Schola Hebraorum.* factis literis. Ram. lib. 1. schol. Dial. c. 1. Polyd. Verg. de invent. rer. lib. 1. c. 16. & Jicob. Schegkius citante Ramo. Paulus Scalichius l. 1. Miscellaneorū de causis & successibus rerum existimat Cabbalam esse Hebræorum Dialecticam. Cabballistæ enim excogitauit quinquaginta portas lucis, sive intelligentiæ: quas itetum examinant per 32. semitas sapientiæ. Reuch. l. 3. Cab. & Petr. Greg. in com. in proleg. art. mirab. c. 8.

Secunda schola logica est mathematica, & in primis Pythagoreorum: quorum tamen logica, aut nulla omnino, aut per exigua fuit, ut docet Aristot. Metaph. l. 13.

Tertia

CLAVIS ARTIS LUILLIANÆ

Texta deinceps schola Dialecticæ, Jonica est; in variis magistros ad Socratem usque divisa; in quibus Physici præcipue celebrantur. *Zeno* (ait Arist. in Sophista.) primus logicas artes reperit. Ego, (ait idem in organo) primus reperi; nec ante mehujus artis quicquam fuit. Hic considerato *artificio*.

Postrema schola Dialecticæ à Socrate & Socraticis, *Socrates vir πολιτευτής* fuit. Socrates enim universos unus non *supra viros.* tantum Ethicâ, sed hâc logicâ philosophiâ longissimè superavit: qui etsi magister in scholâ nunquā fuit; nunquam artis cuiusquam professor ac doctor videri voluit; imò literam nullam scriptam reliquit: è discipulorum tamen, atque in primis Platonis sermonibus factis constat, omnium philosophorum superiorum *λόγικῶν* fuisse. Hic quamplurimos reliquit discipulos itidem logicis præceptis apprimè imbutos, nempe *Euclidem*, *Antisthenem*, *Stoicos* (quorum *πολυγράφων* fuit *Chrysippus*, qui 371. libros logicos, ut *Laertius* affirmit) & Platone: ecjus scholæ sectæ duæ factæ sunt, Academicorum & Peripateticorum. In Academiâ, *Speusippus* Platonis nepos annos octo docuit; cui succedit *Xenocrates*, qui Academiæ virginti quinq; annos præfuit. Hujus libri Logici numerantur nongenti. *Xenocrati* successit *Polemo* & alij, quorum daduchus fuit *Carneades*, qui Stoicorum libros studiosè lecitavit, eisque modestè contradixit, dicereq; consuevit: *Nisi Chrysippus esset, non essem ego.* Et Cicero de eodem ait, nihil vel dictum vel scriptum fuisse hunc Carneadem, si nihil Chrysippus prius vel dixisset vel scripisset. Atque hæc de logicis Academicis: secta Platonicae scholæ altera est in Peripateticis, in quibus artes logicæ mirificè exultæ & celebratæ sunt: atque in primis in Aristotele, hujus sectæ principe. Primus enim Aristoteles, Alexandri Magni beneficio libros innumerabiles undique conquivit: unde Aristotelis philosophiam tanquam omnium

LIBER PRIMUS

omnium philosophorum bibliothecam quandam esse statuit, P. Ramus l. i. Schol. Dial. c. 7. in quâ libri logici videntur suisse centum & quinquaginta minimum, vel etiam fortasse multo plures fuerunt. Atque hic philosophus suis in scriptis, laudabili quidem & omnium præstantium philosophorum communi libertate adversus veterum sententias & opiniones liberrimè disputat. Hic silentio præterire nolo Epicurum, qui Dialecticam appellabat Canonicanam. Cætrum Aristotelis discipulus, & in lyceo successor fuit Theophrastus, qui multa quoque de logicâ prescripsit, & librorum multitudine magistrum superavit. Theophrasto succedit Strato: Stratoni, Lycon: Lyconi Phalereus. Adhuc igitur Peripatetica logica in Aristotele aurea, in Theophrasto divina, in Stratone eloquentissima, in Lycone & Phalereo dulcissima fuit. Unaque hæc scola logicis laudibus facile reliquas scholas superavit. Verum enim verò de tam multis logicæ artis Peripateticis monumētis nil habemus præter Porphyrium, & septendecim Libros Aristotelis; si modò ramen omnes sunt Aristotelis. Præterea tenendum, quod logica peripatetica (quæ non ab Aristotele reperta, sed potius è veterum inventis collecta) primus quidem floruerit, sed ab anno urbis Romæ 431. usque ad viçtorem Græciæ Syllam, annum urbis 670. latuerit annos 240. Quid tum Peripatetici egerint, ut tum Cratippus fuit, cuius meminit Cicero l. i. off. incertum est. Adrastus, Aipasius, Alexander, primi de peripateticis Aristotelis Logicam in publicas scholas induxerunt, & juventuti proposuerunt. Horum interpretum meminit Galenus; qui ducentis circiter annis post publicatam Aristotelis philosophiam floruit. Hic quum se Logicis philosophorum decretis cognoscendis dedisset, animadvertisit non in modò sectarum cum sectis aliis in logicâ theoriam discordiâ, sed singulari sectarū inter se dissensionem esse: in peripateticis logicis non;

Liber
philosophicus
Aristotelis.

Galenus de
principiis Logi-
cis.

8 CLAVIS ARTIS LULLIANÆ
 nonnullam, in Academicis majorem, in Stoicis maximam. Itaque nulli sectæ se præcipue addixit: neque Academicus, neque Aristotelicus, neque Stoicus, neque Epicureus esse voluit; sed (tanquam dices) electivus tantum, ut è singulis eligeret, quæ placent. Quamobrem varios scripsit libros: 15. de apodixi, 56. ad illustrationē librorum apodicticorum, III. Morales, aliosque permultos, quos ait vel in pacis incendio, vel amicis donata, vel furto sublata, periisse. Hoc certum est, à Galeno de logicâ arte libros 182. scriptos esse. Atque de logicis philosophis, qui quidem philosophi normæ mereantur, ultimus, Rami judicio, Galenus fuit. *Servi deinceps*, cum Ramo loquor, non philosophi fuere. Aristoteles liberrimè disputaverat contrà opiniones veterum: verū ab interpretibus libertas veri quærendi & tuendi abjecta est; exercitatio vera nulla adhibita: tota res ad aniles & inertes de præceptis non intellectis, non usi ullo meditatis & expertis, altercationes traducta est. Sic enim versati sunt in Aristotelis logicis, Alexander Aphrodites, Sosi genis discipulus, Themistius, Porphyrius, Plotinus, Jamblichus, Ammonius, Simplicius, Grammaticus, Herminus, Maximus, Boëtius, Sidonius, Dexippus, Alexander, Aegens, Cornutus, Athenodorus, Syrianus, Eustatius, Ariston, Achæicus, Endoxus, Psellus: ut ab Aristotele logicam & inventam & perfectam crederent; de ejus ulla parte quærere, aut dubitare, nefas putarent; usum artis prorsus ignorarent. Et si quorum conatus liberior fuit, ut Lucii & Nicostrati, à reliquis veluti scelus esset, melius optare, oppressus est.

CAPUT III.

De tribus sectis logicorum hodie vigentibus.

Percensuimus varias scholarum logicarū species, quæ antiquitus floruerunt & claruerunt: reliquā cit

LIBER PRIMUS.

9

est ut de iis sectis & scholis verba faciamus, quæ hoc *Tres sacerdotiæ etieae etieorum*, Ari- Aristoteles, stotelis placita, mordicus defendit. Aristoteles à patriâ vocatur Stagirita. Pare item habuit Nicomachum Medicum. Fuit parvus, gibbosus & deformis, balbutiens, sed dives: ut qui socius & præceptor & secreta- rius Alexandri esset. Septendecim annos natus Athenas profectus est, ubi viginti annis Platonis se præcep- trorū præbuit. Deinde in Macedoniam à Philippo evocatus decē annis Alexandrum instituit: cui quām fuerit charus, argumento est, quod Stagiram patriam ejus, quam diruerat, in gratiam ejus instauraverit. Alexandro deinde in Asiam profecto, Athenas rediit, & in lyceo tredecim annis philosophiam professus est. Decessit ætatis anno 63. De hoc Quintilianus gravissime ait: *Quid Aristotalem? Quem dubito scientiam rerum a scriptorum copia, an eloquendi suavitate, an inventionum acumine, an varietate operum clariorem putem.*

Divinus ille præceptor, ut vocatur à Scaligero, quam plurimos nactus est sequaces & discipulos, tam in paganusmo ante & post Christum, quam in Christianismo. Scholastici Etenim doctores Scholastici, quos vocant, huic ipsi se- ctae se emanciparunt. Doctores inquam scholastici tamen fuerint. Tres atates super magist. sent. Et prima quidem seu vetus etas ha- buit Lanfrancum, Guitmundum, Anselmum, Hugo- nem de sancto victore, Gratianum, Lombardum, (qui di- citur magist. sent.) Comestorem, Petrum clericum, Ru- pertum, Leonem Tuscum, Guilielmum Antisiodorensem, Cyrillum, (monachum illum impurum montis carme- li, qui scripsit novum Evangelium) Petr. Cluniacensem, Bernardum Compostellanum, Hugonem Barcino- nensem, Vincentium Gallum, Alexandrum Alensem.

B Aristote-

10 CLAVIS ARTIS LULLIANÆ

Aristoteles quidem in ipsius S. Theologiae templi & sacrarii limen ab his introductus est: nondum tamen in templi ipsius adytum. In quod tamen postea perruperit, vel potius à media scholastica, quæ secuta est, deductus fuit. Duravit ab anno Christi 1020. usque ad 1220. Media illa scholastica cœpit ab Alberto Magno, id est, anno Domini 1220. & durat usque ad Durandum de sancto Porciano, qui vixit anno Domini 1330. Hæc ætas habuit Albertum magnum, Thomam Aquinatem, (qui vulgo vocatur Angelicus Ecclesiae doctoꝝ) & etiam de Tarentesia, Guilhelmum episcopum Parisiensim, Durandum, Egidium Romanum, Hugoniu[m] Constantiopolitanum, Richardum de mediâ villâ, Joan. Scotum nomine Drus (vulgò magister subtilis qui perpetuus Thomæ impugnator fuit: adeò ut quod de Carneade & Chrysippo scribit Cicero, idē de isto & Thom. possit affirmari: nihil vel dicturum, vel scripturum fuisse hunc Scotum, si nihil Thomas prius vel dixisset, vel scripsisset, à Scal. vocatur lima veritatis) Alanum de Insulis, Alexandru[m] de Alexandria, Nicolaū de lyra, (qui sæpe delirat) Augustinu[m] de Anconâ, Bonaventurâ, Guilhelmū Occanū, quem Scal. ex. 324. admirabilem prædicat, cuius ingenium omnia vetera subvertit: nova ad invitas insanias, ob incomprehensibiles subtilitates fabricavit atque confirmavit. In hac ætate philosophia Aristotelica in intima penetralia arcana theologiae est intromissa, illique in ipso templo atra & palmaria sedes dicata, adeò quidem ut hi philosophi scripta Aristotelis divino verbo ubique compararint, & Ecclesiæ DEI plus satis damni dederint, quicquid ogganniat subtilis ille doctor Scotus, qui scotomatis sui paroxysmo corruptus corruptusque sic exclamat: tandem theologos doctores philosophiam cum Theologia, maximo cum fructu miscuisse, ut refert Daniel Tilensis in prefat. Syntagma. Theol. Sequitur nova scholastica, id est ultima, quæ post Durandum, cœpit anno Domini 1330

&c

Media ætas.

Scotus ma-
gister seu
Doctor sub-
situs.Scholastica
nova.

LIBER PRIMUS.

& propagata est usque ad annum 1514. Hæc ætas habuit Joannem de Regno, Henricum de Urimariâ, Joannem Capreolum, Petrum de Aliaco, Joan. Germonem, Bernardum Senensem, Gabrielem Bielem &c. Atque hi quidē sunt scholastici veteres, sequuntur recentiores: iij. orthodoxyi, vel heterodoxyi. Orthodoxyi, seu protestantes & Evangelici, qui claruerunt ab ann. Dñi 1514. ad nostra usque tempora. In his agmen ducunt pia illa anima stantes. Phil. Melanchtonis, qui salutatur communis Germaniae præceptor. Rod. Goclenius, Barthol. Keckermannus, & Clemens Timplerus &c. Heterodoxyi sunt pontificii & Jesuitæ, acerrimi Aristotelis propugnatores, quorum natalis incidit in annum Christi. 1540. Hic familiam ducunt, Jul. Cæsar Scaliger, Jacob. Zabarella, Franciscus Piceolomineus, & alii Pontificii: nec non Sharez, Fonseca, Toletus, Pererius, atque alii Jesuitæ.

De Scholasticis illis priscis hoc dicere licet, quod ad seculum decimum quintum à nato Christo, posteaquam Gothicæ barbaries Græcas & Latinas literas totum terrarum orbe propè extinxisset, miserabilis Sophistica nomine & specie logicæ exercitationis in omnes scholas inducta sit: ut logica percommode exerceri videretur, si discipulie juxta artis de logicis præceptis acerrimè inter se clamarent, nec præterea usum ullum intelligerent.

A Peripateticis veniam ad Antiperipateticos, id est Rameos, qui militant in castris logicis sub vexillo Petri Rami Veromandui Galli. Ille Lutetiae magisterii titulum suscepturnus, pro more & consuetudine scholastico fuisse sicut hoc problema publicè disputandum: *Quæcumq[ue] ab Aristotle posita essent, commentitia esse.* Attonti novitate & insolentiâ problematis magistrorum, per diem integrum, Magistrandum sive candidatum Ramum scilicet oppugnarunt. Hinc factum ut Ramus deinceps ferio & liberè in Aristotelem animadverterit, & logicam præcipue novam meditatus sit. Et qui-

Scholastici
recentiores.
EVangelici
Evangelici
stantes.cō ažios,
Heserodoni.Ramei:
eterna Rame
disputatio
cont. à Ari-
stotetos.

B 2 dem

CLAVIS ARTIS LULLIANÆ

32

*Scopus Ra
ni landabi-
lii.* dem hunc ad scopum collineavit in delineatione operis logici, ut ea præcepta ad aliquem eruditionis usum in poetarum, oratorum, historicorum, omninoque autorum sacrorum & profanorum, revocari possent: qua de re ipse scribit in epilogo l.s. schol. Dial. & Joan. Thom. Freig. in vita Rami, qui d.l. aut: *id vigiliis & laboribus Rami propositum fuit, è via ingenuarum disciplinarum, spinas, silices, ceteraque studiosæ Juventutis impeditamenta tollere, ut iter planum, simplex, expeditum, directum esset, quò facilius ad laudandarum doctrinarum non intelligentiam modo, sed utilitatem & fructum perveniret. Atq. hæc (ait idem Freigius) Herculis istius Gallici, in Augia Sophistico stabulo perpurgando pér 30.*

*Tragica Ra
m's mors.* fèrè annos logica contentio & meditatio fuit. Tandem

verò anno ætatis quinquagesimo septimo, anno Christi 1572. mense Augusto, in iuptiis illis Thyestéis & lanienæ Parisiensi periit. At labor ipsius non item periit. Ab eo enim tempore extiterunt discipuli Rami celeberrimi, qui scriptis ejus gloriam amplificare conantur, & logicam ipsius à morsibus sycophantarum vindicarūt: ut sunt *Talæus, Piscator, Rhodinus, Makelmenæus, Tempellus, Domnamus, Sluterus &c.* qui aperto marte sumserunt arma quâ defensionis pro Ramo, quâ offensionis contrà Aristotelicos. Atque haec duæ sectæ, Peripatetica dico & Ramea, in præsentiarum sunt florentissimæ, super est *Tertia*, puta *Lullistarum*: quæ hodiè fermè.

Multis pro vili, sub pedibusq; jacet.

Iis scilicet, qui intrâ se sua continent ingenia, & intra rerum simplices metas. At verò iis arridet, qui ex culti principijs Mathematicis & Mnemonicis, cognitam habent *irregulariæ et aequales* methodi docendi & dilicendi per circulos. Quamvis igitur hæc secta non fuerit atque ferax atque duæ priores, non tamen planè fuit sterilis. Ab eo enim tempore, quo Lullius scuplit suam logicam, semper inventi sunt fructores

& culto-

LIBER PRIMUS.

33

& cultores hujus divini inventi. Id historicâ ~~discretâ~~ manifestum, opinor, evadet. Clariuit noster Raymundus Lullius, natione Cathalanus, ac nobili è familiâ Barcinoensium ortus, circiter annum Christi 1311. Edit opera numero suprà quatuor millia, teste Remigio Rufo Candido Aquitano: & quidem omnes suas actiones, vitamque cō direxit, ut aliquid momenti & ponderis afferret ad iurisprudenciam medicinas in omnifacultatum & disciplinarum genere, idque quam brevissimè fieri posset; docendo magis res ipsas, quam tempus inutilicer terendo verborum calamistris, officiis, phaleris, lenociniis, parasangis. Religio cñim illi fuit,

Projicere ampullas & sesquipedalia verba.

Cum primis autem sibi in id incumbendum duxit, ut talem inveniret scientiam, quâ cognitâ, reliquæ quoq; sine difficultate ulla, laboreq; magno cognoscerentur: & ad quam, tanquam lydium lapidem, filum Thesæi, & Cynosuram omne scibile examinaretur. Hanç artem magni viri magni fecerunt olim, & adhuc magni faciunt literati. Eā de re Petrus Bertius in tab. Geograph. p. 95, sic ait: *Palma est insignis civitas in Majoricâ quæ & nā iēozn̄ dicitur Majorica. Hec patria fuit Raymundi Lullij, viri suâ etate celeberrimi, Is clariuit anno Christi, M CCC XI. Ex ejus scriptis fatetur Jacobus Staphiensis plurimè sc̄ profecisse. Ejus viri tanta apud suos cives est existimatio, ut etiam hodie magno stipdio Lulliana philosophia abe loco Aristotelis & doceatur?* Hisdē Bertius. Ejusdē viri encomium videlicet apud Pet. Gregor. Tholoz. in cōment, in proleg. art. mirab. c. 7. apud Henric. Cornel. Agrippam in præfat, in artem brevem, apud Zetz, in præfat, operum Lull. apud Cornelium Suterium Berckathenum in præfat. Lull. Tanti scilicet fecerunt aliquam multi hanc scientiam ut eam commentariis suis illustrarint: *Lupetus, Lavatera, Henricus Cornelius Agrippa, Jordanus, Brus Lulliana.*

*Almanni
philosophia
Lulliana.*

nus, Valerius de Valeris patricius Venetus. Paulus princeps de la scalâ &c. quorum singuli quædam propria addiderunt. Fuerunt, & alii quamplurimi, qui artem Lullii potius eximiè noverunt, quam commentariis illustraverint, quique usu ejus admirabiles se præstiterunt: & quod magis admirandum, ferè impuberes hâc arte freti de omnibus rebus differuerunt, & hâc arte paucissimis mensibus doctissimi evaserunt, ut docentautores modò laudati d. l. Nam Petrus Dagninus, virtotâ Italâ celebratus. anno 37. ætatis, quū vix primoribus labris literarum elementa degustasset, sex solum mensibus huic artificio incumbens omnib. doctis fuit miraculo. Jacobus Januarius cum septem peregrisset Iustra, à literis penitus alienus, tantum hâc arte profecit, ut, sicut ex ejus scriptis videre est, nulli doctorum hominum sit postponendus. Eximii quoque eâdem arte sunt facti Ferdinandus Corduba Hispanus, Jacobus Faber Stapulensis, Carolus Bovillus in Galliâ; & Andreas, Petrus, Jacobus Canterij è Frisonibus Germani, cum unicâ torore pueri decennes, in omni disciplinarum genere excelluerunt, hujus ipsius artis adminiculo. His adde Joan. Picum Mirandulanus, & Angelum Politianum: qui, opinor per hanc artem, se disputare posse de omnibus pollicebantur. Taceo Clar. virum Joannem Terrentium, quem summâ cum admiratione audivi, ope artis hujus egregiè disputantem, perorantem, disurrentem. Quid! quod Germaniæ nostræ Aristoteles Rod. Goclenius Lullium revidebit, emendârit, recensuerit attestante Berkatheno. Jam tempus est de scriptoribus & authoribus logicis perorandi. Quamobrem cum per logicas omnium gentium ætatumque scholas, quarum memoria ad nos usque provenerit, ita peregrinati fuerimus; singularem quandam Dialecticæ artis præstantiam animo comprehendere debemus. Nam præstantissimorum logicorum exemplo excitati, tantum generis humani patrimio-

Mirabiles
effectiones ar-
tificis Lul-
liani.

patroniū adeamus, omniq; diligentia excolamus. *Logica artis* Cūq; logicæ artis tanta tamq; copiosa hereditas nobis hereditas per ampla.

CAPUT IIII.

*Continens criticas regulas de methodis
logicarum sectarum.*

TAntum de tribus nobilissimis logicorum sectis: Jam proferemus regulas de earundem sectarum prærogativis. *Prærogative logices Perpetetice & quatuor* Prærogati-
va logices *sunt*; quas totidem canonibus expediemus. I. *Aristoteles in logicis fuit maximè prædictus.* Hinc Melanchthon in *Aristoteles* orat. de Platone & Aristotele in hæc verba erumpit: *sui, insignis Plane, inquit, ita sentio, magnam doctrinarum confessio- methodo ar-* Aristoteles *nem secuturam esse si Aristoteles negletus fuerit: qui unus* ifex, *ac solus methodi est artifex, nec aliâ ratione assuefieri ad* *methodum quisquam potest, nisi in hoc genere philosophie* *Aristotelicae mediocriter exercitatus.* Verè igitur dixit idē Melanchthon: *Quatuor autores constituant Bibliothecam: Aristoteles, Plinius Plutarchus & Ptolomeus.* Et non ineptè Goclenius: *Quatuor philosophi consti-* tutus *meam Bibliothecam; Aristoteles, Zabarella,* Scaliger, Schegkius.

II. *Aristoteles in logicis fuit φιλοσόφος, h. c. amans* *universalia.*

III. *Aristoteles in logicis fuit οἰδηπός, amans causarum;* non contentus declaracione nudorum effectuum, sed elevans sese ad considerationem causarum, unde res proficiscuntur, &c per quas solidè cognoscuntur.

IV. *Excellit Aristoteles alias logicos terminorum &* *phrasion Logicarum proprietate, evidentiâ dñi, &* *efficacia.*

Tela Rameorum quibus opus. gnatum ve- niant arcem & astem. At Ramei duo potissimum objiciunt Aristotelii, primò à methodicis & prolixitudinem, deinde obscuritatem. Ad primum objectum respondeo cum Cl, Kekerm. l.2. præcog. philos. c.4. In textu Aristotelico pta à commentarijs præceptorum. Hæc distinctio si negligatur maxima obrietur confusio. Ad secundum potest responderi eodem modo: ubi insuper hoc notandum, quod Aristoteles stylus propter accuratam & argutam brevitatem nonnunquam obscurus nobis videatur, iis præcipue qui Græcae linguae non sunt gnari. Merito enim veteres dixerunt, *Aristotelem, cum aliquid scribere voluit, calatum in mentem intinxisse.* Denique non sunt exprobranda Aristotelii, quæ à Peripateticis committuntur, *Hæc enim vel sunt textuales, vel methodici. Textuales sunt, qui textum Aristotelis ita explicant, ut ad verba & phrases singulas, eosq; sapè prolixos conficiant commentarios.* Quales quidem plerique fuerunt veteres illi Peripatetici, ut *Alexander Aphrodiseus, Simplicius, Themistius, Philoponus, Averroes, & qui hos sequuntur recentes Aristotelici, Itali præsertim & Hispani;* contra quos eruditè disputat Zabarella lib.1. de propos. necess. c. ult. & Kek. l.2. præcog. philos. cap. 5. *methodicos autē Peripateticos qui vituperat effuso, est lumine Cyclops.* Illi enim omnium primò, dant in medium methodica disciplinarum systemata, & postea textum Aristotelis ad illam methodum adque usum nostri seculi accommodant, tum perspicue tum succinctè: non secus atque theologi faciunt, qui conficiunt locos communes qui sunt indices Biblici. Veniant igitur antiperipatetici, & adhuc insimulent divinum præceptorem confusionis & prolixitatis. Considerent etiam memorabile Aristotelici cujusdam dictum, quod citat Eusebius lib.15 præpar. Evang. qui dixit: *calumniatorum Aristoteles libros & nomina citius evanuisse, quam ipsorum corpo-*

Interpretes Aristotelis sunt duum generum.

*ra. Tantum de Peripateticis: sequitur ut de Rameis agamus, iis nempe, qui rigidè ac strictè ita philosophatur, puri vel tē- prout Kamus suis in Aristotelem animadversionibus porat, sive scholis philosophatus est. De illis enim non loquor, qui moderatas sententias amant, viti omnia laude dignissimi, qui crebris usurpant sermonibus tria ista effata: *Nemo erit magnus cui Ramus solus magnus; purus putus Rameus est nasutulus: Recte philosophature à Ramo est incipiendum, & in Aristotele desinendum.**

Logicam Rami tria potissimum commendant, 1. Præ- ceptorum brevitas. 2. Exemplorum claritas. 3. Analyseus & triviale Logi- (cujus illa est magistra) dexteritas. Hinc quidam, quām recte ipse viderit, cecinit: Aristotelei in apodixi, Ramei in analysi sunt omnium felicissimi.

Sed ejusdem logicam Joan. Combachius damnat tres ob causas, dum ait: *Tria logicam Rami nobis exossum reddunt, falsum, inordinatum, imperfectum.* Ke- kerm. l.2. præcog. phil. c. 5. in genere notat duo præcipua philosophiæ Rameæ vitia. 1. mutilationem, 2. confu- sionem.

In arte logicâ quanta sit imperfectio & mutilatio apud Rameos ostendit Keckerm. in præcog. log. p. 263. Jam verò ex instrumento philosophiæ Rameæ judi- cium fieri potest de ipsa philosophiâ; cum instru- mentum sit mutilum, mutila erit ipsa philosophia. Ad hæc in arte logicâ (ut & in omnibus artibus) omit- tunt omnes canones & regulas, sine quibus impossibi- le est dextrè & cautè de rebus disputare. Illi solis de- finitionibus & distributionibus disciplinas tradere, canones omittere, definitiones canones & maximas dicere. Omiserunt prædicamenta & doctrinam de solvendis sophismatis, quæ duo instrumenta logica in primâ logica Rameæ editione anno 1540. factâ, lo- cum adhuc habent, sed posteâ planè sunt exterminata ex agro logico. Omiserunt utilissimam doctrinam limitandi syllogismum apodicticum, & denique quid

Duo vitia philosophia. Ramea.

Mutilatio in philosophia Ramea.

Confusio in Logica Rami. non? o insignem mutilationem furcâ piandam! Confusio in arte logicâ in primis intolerabilis est ista, quod Ramus libr. I. Dial. tradit ea, quæ pertinent ad 3 partem Quum enim logica sit ars mentis humanae diligendæ in cognitione rerum, tota ejus constitutio sese accommodare debet ad naturam & proprietates mentis humanae, atque ad eas functiones, per quas mens nostra res apprehendit. Ex autem functiones tres sunt. Prima est explicatio thematis simplicis. Altera est sententia, quæ affirmat vel negat aliquid. Tertia denique est discursus. Sicut ergo distinctæ sunt hæ functiones, ita & partes logicæ oportet esse distinctæ, & opera danda, ne præcepta ad secundam vel tertiam mentis functionem pertinentia ad primam ablegentur, vel contrà. At Ramus hac in parte peccavit. Etenim in libro primo tradit apprehensionem simplicium terminorum, sive argumenta ut ille vocat, & discursum, sive argumenta probantia. Ad omnem probationem duo requiruntur; quæstio seu conclusio, & medii termini. Conclusionem Ramus considerat l. 2. at de mediis agit l. 1. Hem! ubi traduntur exempla (est argumentum Cl. Kekerm.) syllogismorum, ibi & tradenda sunt præcepta syllogismorum: quia ex sententia Rami, præcepta se habent ut universalia. Exempla ut particulæ. At qui in libro I. Dial. Ram traduntur exempla syllog. Ergo & ipsa præcepta inibi tradenda sunt.

Encomium Rams. Ne tamen videamus iniqui censores, tribuamus Ramo quod ipsi debetur. Fuit igitur viri acerrimi ingenii, & methodi, si quisquam aliis, amantissimus; fuit eloquentissimus, adeò quidem ut posset in comparationem venire cum Cicerone & aliis oratoribus. Acumen etiam mathematicum in eo fuit singulare & excellitum. Vexavit eum in primis Sorbona Parisiensis: cuius odio adversus clarissimum Aristotelis nomen & progressus est vir magnus, ut totam formulam doctrinæ peripateticæ acerbius sit infectatus, ut ipsius scholæ

scholæ sibi superque arguunt. Hac in re enormiter peccavit. Si enim habuit causam justam insectandi interpres Aristotelis textuales, præsertim Sorbonistas, ut quidem habuisse non nego, non tamen habuit justam ullam causam ita intemperanter traducendi ipsū Aristotelem, meritissimum de genere humano virum & qui id luere non potest nec debet, quod ipsius interpres peccarunt.

Tantum de Rameis, restant philosophi in Germania minus celebres, Lullistæ. In Germania dico; quia in Hispaniis, Galliis & Italia sunt quamplurimi de hoc grege, & nominatum quidem in Italia sunt, speculatoræ, quas vocat, qui huic arti sūt deditissimi & addictissimi.

Hi Lullistæ, ut & ipsorum antesignanus atque vexillifer, à quamplurimi maximi nominis philosophis proscribuntur & damnantur. Inter alios vero occurrit Excellentiss. Dn. Keckerman. qui affectibus (ignoscat mihi manes viri optimi) abreptus Lullium & Lullianam philosophiam insectatus est ad ravim usque, in præcognitis logicis & philosophicis. *Lullisticæ* (ait) *philosophiae peccata duo sunt. 1. Confusio. 2. Ineptitudo preceptorum ad discendum.* Confusio philosophiæ Lullianæ manifestè apparet in ejus arte, quam vocat magnam & parvam, itemque in ejus Rhetoricâ. Nam in arte parvâ & magnâ, id est, logicâ, congerit terminos omnium disciplinarum, metaphysicos, physicos, Mathematicos, Ethicos, eo nimis confilio, ut quod alii multis disciplinis tradunt, id ille unicâ absolvat. Keckermanno succinit Hieron. Treutler. in Isag. Rhet. *Ego, ait, in eas sum sententia, esse id totum (scilicet artificium Lullianum) ex artificio logico parum concinnè deductum, & ostentationis potius, quam utilitatis plenum.* Apologia Lulli. Hæc fulmina contundere conabor. Lullum fuisse vi- rum laboriosum & diligentissimum, testantur ipsius scripta Chymica, Theologica, Philosophica, & ipse Keckerm. satetur pro candore suo. Ejus institutum fuit,

20 CLAVIS ARTIS LULLIANÆ

fuit, concinnare artem generalem, cuius ope posse-
vide prefat. mus differere de OMNI SCIBILI. Hunc finem.
Lullian. art. ut consequi posset, generalissimos terminos conquisi-
mag. vit, & generalia principia adhibuit, quorum usus esset
in omni edissertatione. Est verò consequens incon-
sequens: Lulliana principia sunt generalia. Ergò est
chaos confusum, in quod omnium scientiarum prin-
cipia sunt congesta. Nec enim Bonitas in arte Lullii
est terminus Ethicus, sed logicus. Idem de reliquis ju-
diciis esto. At, ais, notiones secundæ tantum sunt
in logicis essentiales. Quum igitur hi termini non sint
tales, utique eliminandi ex agro logico. At, inquam
Notiones se-
cunde sunt
Logicae consi-
derationis.
ego,
Turpe est doctori, quum culpa redarguit ipsum.

Natus fermè logicæ inventionis locus apud Ramū
est de notionibus secundis. Nam quod repræsentat
rem extrà intellectum *apertur*, non est notio secunda,
sed prima. Zibarella l. 1. de nat. log. c. 7. Gocl, in instit.
logic pag. 24. At qui causæ, effecta, subjecta etc. re-
præsentant res immediatè extra intellectum. Sunt e-
nīm causæ, effecta, etc. extrà mentem. At notio secun-
da nusquam est, nisi in mente & à mente. Zabarel. d. l. 1.
de nat. log. c. 3. Guil. Urs. in quest. illust. part. 2. p. 17.
Quid dicam de logicâ peripateticâ? Annon inibi tra-
duntur prædicamenta, quæ & ipsa sunt notiones pri-
mæ, fatente Keckermanno l. 1. syst. log. c. 2. ubi præ-
dicamenta definit dispositiones rerum per certos or-
dines. Certè si prædicamenta & loca inventionis sunt
notiones secundæ (demus enim hoc) etiam instrumen-
tal logica Lulli erunt notiones secundæ. Quid? quod
superstitione illa in logico systemate methodus obser-
vari non possit, non debeat. *Ea enim discipline* (ut te-
statur Cardanus in apologiâ advertus Scalig. act 1.) *que*
in nullo proprio versantur subiecto, non secus ac condicione,
sal, oleum, acetum, moderato quidem adhibita cibos
efficere haviores possunt: at si immodi:cc miscentur, in-

Methodus
prudentia
primus de-
bet tenere.

suaves

LIBER PRIMUS.

21

suaves & insipidos reddunt. Quare sic versari debe-
mus in theoria logica, ut præcepta semper ad usum ac-
commodemus. ne *λαλάρεις ψεδο*-fiat. Huc perti-
net dictum logicum Heracliti: *Multiplex notitia men-*
tem non docet: id est, opinor, non librorum præceptis
& regulis, sed multò magis usu & exercitatione sapiē-
tia in quaque arte comparatur. *Quod verissimum*
est, & à Socrate valdè comprobatum. Non ergò est
quod in logicis illud *ἀποστίχως* urgeamus. Metho-
dus sapientiae temperanda est, methodo prudentiae.
Prudentia lex summa esto; hoc est logica sic informe-
tur, ut præcepta sponte suā usum ostendant & præ se-
ferant. Quorsum hæc? Ut nempe manifestum evadat.
Lullium non comportasse terminos ex singulis sci-
entiis, *περὶ ἀριθμοῦ*.

Alterum peccatum (ait Keckerm.) est ineptitudo
præceptorum, quæ traduntur à Lullio per literarum
miras concamerationes, & revolutiones, atque invo-
lutiones. Quæ malum! ineptitudo? Hic docendi mo-
odus est omnium aptissimus. Qui sic? Quia servit in-
tellectui & memoriae. At, inquis, optimus docen-
di modus constat definitionibus, divisionibus & ca-
nonibus, quibus mens nostra informetur de rebus i-
psis. Rectè. Et literarum concamerationes & combi-
nationes, sunt vel definitiones, vel divisiones, vel maxi-
mæ. Definitiones quidem, ut B. significat bonitatem.
Divisiones autem: ut, D. significat durationem, con-
trarietatem, de quo, cœlum, fortitudinem, luxuriam.
Maximæ denique: ut, hæc quæstio probatur per b. c. vel
b. e. &c. Sic igitur hac de re habendum. Quum Lul-
lius fuerit Mathematicus & Kabbalista, impediò de-
lectatus est methodo docendi Mathematicâ & Kabba-
listicâ, ideoque circulos adhibuit, quos non nemo con-
cinnè vocavit magistros scientiarum. Ethuc facit tri-
tus versiculus:

Omnia dant mundo CRUX, GLOBUS, atq; CUBUS,

TERTIO

alphabata-
rievolu-
tiones Lulli
non sunt in-
pia.

CLAVIS ARTIS LULLIANÆ

*Barbaricm
Lullio multi
abscisunt.*

*Logodadali
sunt inepti.*

*Angustius
de verbo-
rum delectu-
babendo.*

*Singula ar-
tes suos ha-
bent terminos.*

22 Tertiò sunt, qui Lullio exprobrant barbariem. Hi istud à nobis responsum ferant: Verba sunt inventa propter res. Äquum igitur est ut verba cedant rebus. Hi logodædali audiant ipsum Ciceronem, qui tam delicatae Ciceronianorum hæresi adversatur, l. 3. de fin. Audiant Scaligerum, in Latino sermone etiam planè singularem, qui itidem in tam delicatulos verbalistas invehitur. *exerc. 307. l. 20. & ex. 359. l. 2. voces, ait, didactica, rudibus ingenii acerbae, delicatis ridicule sunt.* Non possum mihi temperare quin adscribam & hoc Augustini dicentis: *Docendi modus hic est optimus, quo fit, ut qui audit, verum audiat, & quod audit intelligat.* Bonoru ergo ingeniorum insignis est in doles, in verbis verum amare non verba. *Quid enim prodest aurea clavis, si aperire quod volumus non potest? aut quid obest lignea, si hoc potest?* Quando nihil querimus, nisi patere, quod clausum est. Is ipse pater hæc in verba prolabitur: *Quid prodest locutionis integritas, quam non sequitur intellectus audientis, quum loquendi omnino nulla sit causa, si, quod loquimur, non intelligentis, propter quos, ut intelligent, loquimur.* Evidentia diligens appetitus aliquando negligit verba cultiora, nec curat quid bene sonet, sed quid bene indicet atq; intimet, quid ostendere intendat, ita ut ibi sit quedam negligens diligentia, qua tamen sic negligit ornatum, ut sordes non contrahant. Non igitur est, quod Lullium eo proscribamus nomine, quod fuerit *reis Gætanos.* Ea enim barbaries non officit. Nam excellentissimi quique philosophi proprios habuerent terminos, eosque illatos, ut sunt *quidditas, hecceitas, ecceitas,* & similes apud Scotum aliosque scholasticos, quos *wenardyn* coagit, istiusmodi terminos docendi discendique causa excogitare. Ad extremum, si cui philosophiae candidato itat sententia cognoscere secreta Lullii, probè observitet sequentes canones.

I. *Scripta Lullii distinguuntur a scriptis interpretum.* Nam interpretes vel non assediti sunt mentem auto-

LIBER PRIMUS.

23

ris nostri, vel eam ænigmatis involverunt propter malevolos, vel ejus methodum immutarunt & multa de suis adjecerunt, quæ artem non tam illustrant, quam obscurant. Usque adeò intricata sunt pleraque apud Agrippam, Scalichium, Brunum &c. ut nemo sine cortice natare possit in hoc mari. Requiritur igitur vivus magister, qui eum, quem Lullius præscripsit in art. mag. part. 13. in docendo modū religiosè observabit.

II. Hoc ordine legat opera Lulliana. Principio memoriae mandet artem brevem. Dein legat Rhetoricam ejus, quæ est penu cruditatis Lullisticæ. Denique se accingat ad lectionem artis magnæ.

III. Nil emolumenti ad te redibit hâc ex arte, nisi jā ante sis probè versatus in studio linguae latine. Verba ex Lullio non addisces, sed modum differendi. Diligenter igitur excole linguam latinam, ut eleganti paraphrasi & periphrasi possis tegere barbariem terminorum Lullianorum.

IV. Lullianos terminos conferes cum terminis Peripateticorum & Rameorum, ut hac illos intelligas, & ab eisdem intelligaris.

V. Commentarios subinde consule, præcipue Jordani Bruni, & Valerii de Valeriis.

VI. Ad summam: ORA & LABORA, cætera DEO commenda.

CAPUT V.

De verâ logices Lulliane divisione.

A Dhuc exposita est prima Logices divisio, sumta à causa efficiente: lequitur altera, quæ continet ipsissimam Logices naturam & formam.

Dialectica definita fuit *ars certa comparandi & tradendi scientiam*, hoc est, bene discendi & docendi rationem. Si ergo Dialectica est ars, utiq; agit de organis.

Orga-

24 CLAVIS ARTIS LULLIANÆ

Dua sunt Logica par- Organorum autem vis tota consistit in actione & usu. Quamobrem duæ erunt Dialecticæ partes: prima, de instrumentis differendi: secunda, de Instrumentorum usu.

Instrumenta, per quæ scientia formatur, alia sunt Inventionis, alia Dispositionis.

Hæc dictiones siccote fulcitur. Logica est ars, rationis dirigendæ instrumenta tradens. Proinde Logica tres mentis operationes (ut sunt simplicium apprehensio, compositio & divisio & deniq; discursus) instrumentis suis sublevare, sublevatas dirigere, & directas instruere debet. Tres igitur constituendæ erunt logicæ partes secundum Peripateticos. Verum tres mentis operationes possunt referri ad duas, putà Inventionem, & Dispositionem. Ea propter instrumenta differendi sive rationis, vel ad inveniendum vel ad disponendum aperiunt viam.

Instrumenta Inventionis 1. Thema. 2. Argument. Instrumentum inventionis est medium, per quod inventur materia dispositionis. Instrumentum inveniendi, vel thema est, vel argumentum. Thema est instrumentum inveniendi, quod ab arguento arguitur. Estq; simplex, vel complexum. Simplex, quod nuda expositione contentum est. Complexum, ad quod demonstratione opus est. Argumentum est instrumentum inveniendi, quod thema arguit. Hoc sumitur è circulis. Hic igitur continentur classes (aliás dicuntur loca inventionis) in quibus ea inveniuntur, quæ ad omnem demonstrationem, quæ sola est Syllogismus inseparabilis, reverè pertinent. Sunt verò ea, quæ in diagramate seu typico circulum continentur.

CAPUT VI.

De Circulis Artis Lulliane.

Rotunda figura est omniū capacissima & perfectissima, ut Mathematici docent. Est igitur ipso rati- ca sive rotunda figura ad motum aptissima. Et quo-

LIBER PRIMUS.


25

niam discursus est quidam motus, Lullius circulos, ceu *Circuli Lulliani responsa* instrumenta differendi, adhibuit. Itaq; *circulus* in arte *Lulliana* est locus, & quoddam quasi *domicilium*, in *quoniam instrumenta Inventionis* collocantur. Collocantur autem vel expresse, vel supprese: id est, vel manifeste vel *Quinq; circ.* tecte. Horum circulorum quinq; inveniuntur in arte *cultæ artis*. nostrâ: quorū quatuor sunt simplices, quintus autem compo- *Lulliana*. positus. Circuli quatuor simplices sunt, in quibus instrumenta artis latent. Quintus compositus est, in quo instrumenta instrumentorum, id est, claves habentur. Circuli quatuor simplices sunt receptacula vel subiectorum, vel prædicatorum.

CAPUT VII.

De duobus circulis subiectorum.

Subiecta sunt, nō solum in dæcuris, de quibus aliquid demonstratur. Alias vocantur *subjectorum*. *Circulus pri-* monstraruntur. Alias vocantur *subjectorum*. *mas, ut &* *Hic subiectorum circulus est maior, vel minor. Circu-* *secundum, est* *lus subiectorum minor, qui alias dicitur continens & im-* *subiectorum*. *mobilis, est domicilium substantiarum, Hic apud Agrip-* *sedes,* *pam notatur litera S.*



Inscrat-

26

CLAVIS ARTIS LULLIANA


Sunt autem hæc subjecta. B. Deus. C. Angelus, D. Cœlum. E. Homo. F. Imaginatum. G. Sensitivum. H. Vegetativum. I. Elementatum. K. Instrumentatum.

P̄fus primi
circuli.

Hæc genera subjecta Raymundus ita sumit generaliter, ut nihil unquam dicatur, ubi non subjectum propositionis ex iis sit de promendum: unde etiam nominat subjecta universalia: quorū definitiones ex amissim sunt cognoscendae, & differentiae à se invicem, ut postea intelligatur ratio attribuendi in sequentib. figuris.

Instrumentatum
et Lullii
quid sit:

Quid autem est, inquit aliquis, elementatum & instrumentatum? Elementatum auctor noster appellat, quod habet solum esse substantiale, qualia sunt clementia ipsa, & omnia imperfectè mixta. Instrumentatum est omne id, quod habet suum esse in alio, ut in principali subjecto. Et hoc consideratur, vel naturaliter, vel moraliter. Naturaliter consideratum dicitur continere in se novem prædicamenta accidentis, & quicquid partialiter est aliquod instrumentum. Hinc efficit alter circulus subjectorum, qui dicitur minor, contentus, & interdum mobilis. Etenim sedes accidentium. Ejus nota est litera I.



LIBER PRIMUS.

27

B. Quantitas. C. Qualitas. D. Relatio. E. Altio. F. Passio. G. Habitus. H. Situs. I. Tempus. K. Locus. Instrumentatum consideratur moraliter (ut docet Treutlerus in Isag. Rhet.) prout est conjunctum, vel cum virtute, vel cum vitio. Huc pertinet circulus, cuius radicem Agrippa fecit W. Sunt autem 9. virtutes, & totidem vitia.



Subsunt terminis harum figurarum universa & singula. Ita igitur extensis finibus, primo prædicamenta, deinde per doctrinam virtutum & vitiorum, de quibus ut plurimum est sermo, & quæ alias ad nullum locum primæ tabulæ referri possunt, putavit auctor noiter sese effecisse, ut in quavis re invenienda, quatenus ea propositionis sit subjectum, memoria habeat, in quo sese fundet, sicut itidem in retinendo. Hic duo notabis. I. Dixi hæc ratione inveniri subjecta. Hæc enim ob causā ars Lullii dicitur Inventiva, quod rationem tradat ad unamquamque rem inveniendi terminos, qui rebus attribuuntur, hoc est, notiones secundas multiplicandi, propositiones denique, definitiones & divisiones constitueri, indagandi medios

C 2 ter-

Ars Lullii
est Inventiva

Generaliores. B. C. D. *Essentia*. E. F. G. *Unitas*. H. I. K. *Perfectio*.

In circumferentiâ sunt prædicata absolute. B. *Bonitas*. C. *Magnitudo*. D. *Duratio*. E. *Potestas*. F. *Cognitio*. G. *Appetitus*. H. *Virtus*. I. *Veritas*. K. *Gloria*.

Illud in genere hic notandum est, ex his terminis cum prioribus variè compositis fieri propositiones sive axiomata. Hic ergò docemur terminos subjecti & prædicati complecti, h.e. artificiosè & promptè in quilibet rememorisse, quid possit de subjecto prædicari. *Canones de Figura* igitur A continet terminos generales, qui modo attribuuntur prædicari de omni re: ubi hi canones etiam būendī. atque etiam observitandi.

I. *Talia sunt prædicata, qualia esse permittuntur à suis subjectis*. Et verba intelligenda sunt secundum subjectam materiam. Bonitas igitur aliter prædicatur de Deo, aliter de Angelo &c.

Neque tamen hi termini simpliciter, utisonant, accipiendi sunt: sed termini cognati simulatque repugnantes includendi. De quibus fusè scripsit Petrus Gregorius lib. 3, *Syntax*, art. mirabilis. Nos in gratiam tyronum nomenclaturam horum repugnantium & synonymorum seu cognatorum in medium afferre non dignabimur.

B. Bonitatis

| | |
|-----------------------|----------------------|
| <i>Cognata</i> | <i>Repugnantia</i> , |
| <i>Effe.</i> | <i>Malitia</i> , |
| <i>Essentia</i> . | <i>Solitudo</i> . |
| <i>Actio.</i> | <i>Destruictio</i> . |
| <i>Constructio</i> , | <i>Dedecus</i> , |
| <i>Melioratio</i> . | <i>Profanum</i> , |
| <i>Emanatio</i> . | <i>Incommodum</i> . |
| <i>Nobilitas</i> . | <i>Ocium</i> , |
| <i>Communicatio</i> . | <i>Restriictio</i> . |

C ;

Hone-

28 CLAVIS ARTIS LULLIANÆ.

Ars Lullii est rationabili & proportionata. terminos, & tandem de quâvis quæstione utramque in partem disputandi. 2. Dixi, memoriam hac in arte habere fundamenta certa, quibus juvetur in citò apprehendendo, & diu retinendo.

CAPUT VIII.

De duobus circuitis præparatorum.

Duos sunt circuitus præparatorum. Sic ut prædicata, ita & eorum circuiti sunt duūm generum. Prior quidem absolutorum, posterior vero relativorum sive respectivorum est hospitium. Illius nota est A. hujus T.




Figura A.

Circulus A dividitur generaliter & specialiter.

Generaliter, ut reliqui omnes, habet novem partes sive terminos, quorum indices sunt hinc: B. C. D. E. F. G. H. I. K. Specialiter autem resolvitur in circumferentiam & planum.

In piano est triangulus, in quo resident termini

General-

| | |
|-------------|------------------------------|
| 30 | CLAVIS ARTIS LULLIANÆ |
| Honestas. | Iuhonestas. |
| Necessitas. | Superfluitas. |
| Utilitas. | Inutilitas. |

C. Magnitudinis.

| | |
|------------------|---------------------|
| <i>Cognata.</i> | <i>Repugnantia.</i> |
| Extensio. | Parvitas. |
| Infinitas. | Minoritas. |
| Sublimitas. | Paucitas. |
| Unitas. | Paupertas. |
| Indivisibilitas. | Comprehensibilitas. |
| Totalitas. | Partialitas. |
| Universalitas. | Diminutio. |
| Summitas. | Insufficientia. |
| Singularitas. | Occupatio. |
| Integritas. | Vacuum. |
| Amplitudo. | Comprehensum. |
| Multitudo. | Raritas. |
| Plenitudo. | Carentia. |
| Abundantia. | Penuria. |
| Sufficientia. | Insufficientia. |
| Divitiae. | Paupertas. |
| Numerus. | Infimum. |
| Pondus. | Avaritia. |
| Mensura. | Infecunditas. |
| Distantia. | Remissio. |
| Figuratio. | Incapacitas. |
| Punctus. | Angustia. |
| Linea. | Sterilitas. |
| Superficies. | |
| Soliditas. | |

D. Durationis.

| | |
|-----------------|---------------------|
| <i>Cognata.</i> | <i>Repugnantia.</i> |
| Eternitas. | Corruptio. |

Incom-

| | |
|-------------------|-----------------|
| LIBER | PRIMUS. |
| Incomparabilitas. | Mutatio. |
| Immortalitas. | Privatio. |
| Antiquitas. | Inconstantia. |
| Firmitas. | Dissolubilitas. |
| Sempiternitas. | Præteritum. |
| Indissolubilitas. | Transitorium, |
| Primævitæ. | Recens. |
| Tempus. | Aliquando. |
| Constantia. | |
| Perseverantia. | |
| Aerum. | |
| Semper. | |
| Primitivum. | |

E. Potestatis.

| | |
|-----------------|----------------------------|
| <i>Cognata.</i> | <i>Repugnantia.</i> |
| Possibilitas. | Ocium. |
| Operari. | Resistentia. |
| Agere. | Impotentia. |
| Producere. | Passio è potentia passiva. |
| Creare. | |
| Dominari. | Impossibilitas. |
| Omnipotentia. | Debilitas. |
| Magnipotentia. | Impedimentum. |
| Fortitudo. | Servitus. |
| Vis. | Sine jurisdictione. |
| Violentia. | Obedire. |
| Actus. | Sine magistratu. |
| Autoritas. | Prohibitio. |
| Iurisdictio. | Servitus. |
| Præceptum. | Infirmitas. |

F. Cognitionis seu Sapientie.

| | |
|-----------------|---------------------|
| <i>Cognata.</i> | <i>Repugnantia.</i> |
| Sapientia. | Ignorantia. |

C 4

Pro-

32

CLAVIS ARTIS LULLIANA

| | | |
|-----------------|---|--|
| Prophetia. | Error. | |
| Prænotio. | Oblivio. | |
| Instinctus. | Incredulitas. | |
| Præscientia. | Stultitia. | |
| Providentia. | Negligentia. | |
| Prudentia. | Confusio. | |
| Præfigium. | Contingens. | |
| Scientia. | Sors. | |
| Industria. | Casus. | |
| Intelligentia. | Fortuna. | |
| Opinio. | Extraordinarium. | |
| Sensus. | Irregulatum. | |
| Fides. | Temerè facta. | |
| Electio. | Exlex. | |
| Recolitio. | Irrationale. | |
| Contemplatio. | Dubitatio. | |
| Interpretatio. | Imprudentia. | |
| Commemoratio. | Inordinatum. | |
| Memoria. | Ad cognitionem referuntur omnes gradus, quos vocant, quibus docti ornantur. | |
| Diligentia. | 1. Præceptorius, | |
| Ordo. | 2. Baccalaureatus. | |
| Necessitas. | 3. Licentia, seu prolytus. | |
| Rationabilitas. | 4. Magisterium. | |
| Conscientia. | 5. Doctoratus. | |
| Conjectura. | | |
| Divinatio. | | |
| Præsumptio. | | |
| Suspicio. | | |
| Nomen. | | |
| Consequentia. | | |

G. Appetitus.

| | |
|-----------|------------|
| Cognata. | Repugnans. |
| Voluntas. | Odium. |
| Amor. | Coactio. |

Libe-

LIBER

| | |
|--------------------|---------------|
| Libertas. | PRIMUS. |
| Liberum arbitrium. | Desperatio. |
| Audacia. | Timor. |
| Spes. | Ira. |
| Dilectio. | Honor. |
| Conservatio. | Metus. |
| Licentia. | Violentia. |
| Præmissio. | Malevolentia. |
| Consuetudo. | Obligatio. |

H. Virtutis.

| | |
|-----------------------|-----------------|
| Cognata. | Repugnans. |
| Dignitas. | Vitium. |
| Nobilitas. | Impotentia. |
| Honestas. | Ineptitudo. |
| Laus. | Vilitas. |
| Decus. | Ignavia. |
| Honor. | Mollities. |
| Gratia. | Defectus animi. |
| Meritum. | Debilitas. |
| Donum. | Irregularē. |
| Fortitudo. | Infirmum. |
| Natura. | Morositas. |
| Operatio. | |
| Unio. | |
| Instrumentum. | |
| Potentia agendi & pa- | |
| tiendi. | |
| Virilitas. | |
| Robur. | |
| Vis. | |

I. Veritatis.

| | |
|-----------|------------|
| Cognata. | Repugnans. |
| Juicitia. | Falitas. |
| Ordo. | Error. |

C 5

Regn.

Liber Primus.

Deformitas.
Amor.
Austeritas.

31

CLAVIS ARTIS LULLIANÆ

| | |
|----------------|--------------------|
| Regulatio. | Mendacium. |
| Correctio. | Confusio. |
| Lex. | Incorrigitas. |
| Præceptum. | Deceptio. |
| Prædestinatio. | Impossibile. |
| Necessarium. | Esse contingens. |
| Possibile. | Dispensatio. |
| Esse. | Privilegium. |
| Existentia. | Registrum. |
| Idea. | Omnia instrumenta. |
| Imago. | Calumnia. |
| Exemplar. | Ironia. |
| | Mendacium. |
| | Simulatio. |

K. Glorie.

| | |
|--------------|---------------|
| Cognata. | Repugnantia. |
| Gaudiuni. | Contrarietas. |
| Lætitia. | Inquietudo. |
| Perfectio. | Impfectio. |
| Pulchritudo. | Deformitas. |
| Beatitudo. | Impedimentum. |
| Libertas. | Infelicitas. |
| Felicitas. | Damnatio. |
| Voluptas. | Pœna. |
| Fruitio. | Inopia. |
| Delectatio. | Pœnitentia. |
| Finis. | Indignitas. |
| Præmium. | Ingratitudo. |
| Retributio. | Tristitia. |

B. Differentia.

| | |
|--------------|---------------|
| Cognata. | Repugnantia. |
| Distinctio. | Confusio. |
| Pulchritudo. | Remotio. |
| Distributio. | Discontinuum. |

Divi-

Divisio.
Distantia.
Pluralitas.
Ordo.

C. Concordia.

| | |
|------------------|----------------|
| Cognata. | Repugnantia. |
| Proximitas. | Discordia. |
| Similitudo. | Dissimilitudo. |
| Unio. | Corruptio. |
| Identitas. | Destruictio. |
| Convertibilitas. | Inimicitia. |
| Collectio. | Injuria. |
| Compositio. | Antipatheia. |
| Comparatio. | Derogatio. |
| Amicitia. | Demolitio. |
| Sympathia. | Pugna. |
| | Pertinacia. |
| | Privatio. |

D. Oppositionis seu Contrarietatis.

| | |
|---------------|-----------------|
| Cognata. | Repugnantia. |
| Contrarietas. | Disquiparantia. |
| Contradiccio. | Proportio. |
| Repugnantia. | Paritas. |
| Resistentia. | Similitudo. |
| Inimicitia. | Cognatio. |
| Derogatio. | Affinitas. |
| Negatio. | Aequalitas. |
| Privatio. | Extructio. |
| Corruptio. | Unio. |
| Destruictio. | |

E. Principii.

| | |
|----------|--------------|
| Cognata. | Repugnantia. |
| Causa. | Finis. |

Or.

36

CLAVIS ARTIS LULLIANA

Origo.
Impulsus.
Nobilitas.
Productio.
Influxus.
Effluxus.
Antecedens.
Absolutum.
Prioritas.
Autoritas.

Metus.
Ignobilitas.
Otium.
Ignavia.
Consequens.
Posteriorius.
Respectivum.

F. Medii.

Cognata.
Instrumentum.
Centrum.
Forma.
Dignitas.
Perfluens.
Refluens.
Comitans.
Conjungens.
Adjuvans.

Repugnantia.
Vacuum.
Principium
Finis.
Immediatum.
Negationis medium

G. Finis.

Cognata.
Comes.
Perfectio.
Consummatio.
Effectum.
Opus
Uſus.
Scopus.
Consequens.
Retributio.
Eventus.
Objectum.

Repugnantia.
Inquietudo.
Principium
Dimidium.

Con-

LIBER PRIMUS.

Concordia.
Terminus.
Determinatio.
Finitum.
Posterioritas.
Extrema.

H. Majoritatis.

| | |
|----------------|---------------|
| Cognata. | Repugnantia. |
| Magnidecentia. | Nihilum & |
| Magnificentia. | Nullitas. |
| Autoritas. | Inferioritas. |
| Superioritas. | Servitium. |
| Libertas. | Facilitas. |
| Difficultas. | |
| Caufalitas. | Minoritas. |
| Majus. | |
| Superius. | |

I. Aequalis.

| | |
|------------------|--------------------|
| Cognata. | Repugnans. |
| Similitudo. | Inæqualitas. |
| Conformitas. | Inconvertibilitas. |
| Convertibilitas. | Dissimile. |
| Imitatio. | |
| Propinqua. | |
| Immediata. | |

K. Minoris.

| | |
|-------------|--------------|
| Cognata. | Repugnantia. |
| Humilitas. | Immensum. |
| Obedientia. | Infinitum. |
| Opera. | Omnipotens. |
| Effectus. | Perfectio. |
| Inferius. | |
| Facile. | |
| Minus. | |

Cato

CLAVIS ARTIS LULLIANÆ

Cæterū Raymundus excogitavit centum formas id est terminos, per quos conditionatur aliquid subiectum, discurrendo illud cum ipsis, per principia & regulas, & discurrendo ipsas formas, tot modis, quoꝝ quælibet illarum est differens in ipsis subiectis. Primi modi exemplum esto Deus, quod subiectum cum entitate, unitate, natura & cæteris formis deducendum est per principia & regulas. Secundi modi exemplum: discurre cum una forma, v. g. unitate, entitate, prout est una forma in Deo, alia in Angelo, alia in aliis subiectis. Sed centum hasce formas vide apud Raimundum, Valerium de Valeriis, Agrippam &c. Faciunt enim ad copiam inventionis.

*Enunciatio
est, vel affir-
mans, vel
negans.*

II. Hi termini prædicantur de subiectis vel affirmando, vel negando. Sic v.g. magnitudo prædicatur de formicâ negativè.

III. Omnia, tam subiecta quam prædicata, in terminis Lullianis continentur explicitè, vel implicitè. e.g. si hoc problema sit ventilandum, An Deus sit bonus? fac referas subiectum & prædicatum ad classes convenientes. Ambo autem termini sunt expliciti. Sedin hanc quæstione, An mundus sit aeternus, res aliter se habet. Prior enim terminus, mundus, hic continetur suppressè, alter autem expressè. Verum in hac quæstione. Nullum peccatum est veniale, ambo termini sunt impliciti. Ergò reducendi.

IV. Affirmemus omne illud esse verum, quod est magis intelligibile, recolibile, amabile: ut, Deus non est autor peccati. Hoc axiomata est magis recolibile, quam illud: Deus est autor & fautor peccati. Ne igitur concedamus illud esse verum, quod intellectui repugnat.


V. Positis disobuis vel pluribus possibilibus, illud tenendum est, quod est magis recolibile, favorable, & amabile: ut, Status Romani imperii est monarchicus; status Romani Imperii Aristocraticus. Hæc duo sunt possibilia, sed primum est magis amabile. Ergò afficitur.

VI. Re-

LIBER PRIMUS.

VI. Rebus in obscuris quod minimum est sequimur. Predicata Sequitur circulus præparatorum respectivorum, qui respectiva notatur, literâ T.

39



Hæc genera respectuum ad copiam inventionis videntur maximè accommodata. Quicunque enim respectus in rebus sunt, tribus illis triangulis comprehenduntur, qui triplici viæ doctrinali accommodati sunt, mutuò se adjuvantes, in explendo officio alias aliū probando, seque invicè penetrando. Quapropter unus primus divisivus nuncupatur propter differentiam; secundus definitivus propter principium; tertius collectivus. Etenim ad distributionem requiruntur omnes anguli primi trianguli: ad definitionem omnes secundi: ad collectionem omnes tertii. Hinc ex primo triangulo, in probandâ propositione aliquà affirmativâ utimur concordantiâ: in destruendâ eâ utimur differentiâ vel oppositione; & c. converso in negativâ: inde scientie diffe-

*Via docendi
est triplex.
1. Definitio.
2. Diversio.*

3. Collectio.

*Tres trian-
guli sunt formae
matricis
solidae
et scientie
diffe-*

CLAVIS ARTIS LULLIANÆ

40 differentia accommodata est solutionibus: concordantia ad probandum & medium inveniendū: oppositio ad improbandū, cui differentia inservit. Sic è secundo triangulo colligimus alicujus rei necessitatem, causalitatē vel contingentia &c. Tertius verò triangulus pāū vel nihil probat, nisi ex locis sibi cōjunctis. Quare magis utilis est ad amplificationē sermonis, quā ad probationem rei. Hāc dere fusius differit *Paulus princeps de la scala & Hun. Marchio Veronae &c. Domin. Creutzburgi in Prussia* l. 12. Miscel. de causis & success. rerū. Ab his non ab ludunt quæ habet Petr. Gregor. l. 17. Syntax. art. mirab. c. 21. Dissolvi igitur posuunt omnia argumenta fucata (vocantur sophismata) per generales illas tres triplicitates circuli T. habitā ratione principii, medii, finis; differentiæ, concordiæ, contrarietatis: majoris, minoris, & æqualitatis; inter substantiā & substantiā: substantiam & accidens: accidens & accidens. Non enim eadem omnī elementa, non principia, non media; nō fines &c. quæ postea miscētur, ut secūda triplicitas cū prima: sic differentia, concordantia, contrarietas, principia, media fines rerū: vel principiū cū fine, vel cū medio: sic & miscere poteris tertiam triplicitatem, scilicet majus, minus, & quale primis: maiores, minores, & quales convenientias: media, fines, differentias &c. videbisque si te assuescas paululum in his, magnam vim brevi negocio enodandorum argumentorum consecutum. Et si velis ultrà vagari, habebis præmanibus circulum questionum. Sed intelligenti pauca. Verum enim verò hi termini perse nihil praestant, sed fundamentum eorum querendum est, ex generibus subjectorum universalium & prædicatorum absolutorum. Omne enim respectivum fundatur in absoluto. Si igitur dicas, Deus est bonus, nulla est comparatio: si dicas, Deus differt ab homine per æternitatem, comparatio est, ut doctè observat Agrippa.

Hoc in loco tres cautiones occurruunt,

I. Lat-

LIBER PRIMUS.

41

I. Latine linguae penitus terminorum barbariem eleganti paraphrasi regere debet.

Non igitur est quod barbara illa vocabula, quæ per se incri-
sæpè in nostra arte occurruunt, nos offendant. Hæc sunt
enim duntaxat inventioni serviunt, & rationis nostræ
sunt instrumenta. In usu autem ista circumloqui doc-
cebimur, ac elegantiori quadam literatura mitigare
ac tegere: ut, si dicere cogitas de superioritate magi-
stratus, non necesse habes inter perorandum illo ipso
vocabulo uti, sed ita afferes in medium: dicam de
jure & potestate magistratus; quā & superior (in hoc
consistit vis vocabuli) est subditis, & ipsi superior
summus magistratus Deus.

II. Non est, quod turberis, si unum idem ē, vocabulum
duobus vel tribus terminis competere dicatur. Quia ut
diversi termini: ita iis quoq; diverso respectu subest, &
ex diversis diversimodè explicatur. Sic nobilitas (hoc
exemplum inveni in quodam ms. Lulliano) alio respe-
ctu adhæret bonitati, tanquam generi, dicendo: Nobili-
tas est bonitas. Alio modo subjicitur virtuti, tanquam
causæ, dicendo: Nobilitas est effectus virtutis. Aliâ
etiam ratione sub principium ponitur, tanquam ad-
junctum mutuum, dicendo: Nobilitas est principium
autoritatis & subjectionis.

III. Dati termini non tantum ut sonant, simpliciter
sunt intelligendi, sed horum unusquisque profus explica-
tione, per scalam, ut vocant, artis est deducendus. Scala
verò isti & secundum longitudinem & latitudinem suam
considerater. De hac scalâ Lullius sic ait in part. 2. art.
brev. Intellexi habet scalam ascendendi & descendendi
à principio omnino generali ad non omnino generale, nec
omnino speciale, & à principio non omnino generale nec
omnino speciale ad omnino speciale: et sic de ascensiō istius
scala potest dici suo modo. Sed tenendum, quod hæc
scala sit duplex, ut annotavit Jordan. Brunus de la-
pide combinatoriâ Lullii, cap. 6. & 8.

D

*Primitas trik
triangulo-
rum maxi-
ma.*

Diversus
respectu tol-
lit omnem
ontrada-
tionem:

Scala artis
est duplex.

Scala prima. Est enim figura cùm prima, A. tñm secunda T.
Figura 1. Scala figura prime, est via quædam &ordo, quo quidem à superioribus ad inferiora descendimus, & ad superna consendimus ab infernis.

Longitudo. In eaduo consideranda, altitudo & latitudo. Longitudo scale prima. do. est progressus à generalissimis per subalterna usq; ad specialissima, particularia, singularia, & individua; & è contrario ascensu ab hiuce infimis ad supremam usq; genera, cui considerationi plurimum inservit prædicabilium Dialecticorum exquisita cognitio. Definitur autem genus generalissimum. Cujus nullum est genus, & generalissimum. proinde nunquam induit naturam speciei. Tale est τὸ Ens in Metaphysicis. In hunc enim conceptum omnes nostri conceptus resolvuntur: cuius resolutionis specimen videre est in vestibulo Metaph. Keckerm. Hoc genus de omnibus dicitur vel univocè, vel æquivocè, vel analogicè: cùm de ipso nihil dici possit univocè, sed æquivocè, vel analogicè, vel denominativè.

Species Specialisima. Species specialissima est, qua nunquam potest esse genus. Est enim individua in alias species. Subalterna vero genera, subalterna item species sunt, qua in medio consisterentia. sicut ideoque duos admittunt respectus.

Duplices predicationis modi. In his ita coordinatis duplex conspicitur prædicatio congrua: altera, quâ superiora omnia non vicissim de omnibus enunciantur inferioribus: altera, quâ æqualia de coæqualibus vicissim. Juxta primum modum specialissima de individuis dicuntur tantum, subalterna de specialissimis & individuis, superiora de inferioribus subalternatis, suprema de omnibus. Juxta secundum vicissim dicitur de definitione definitum, proprium de subjecto &c. Consule Melanchth. l. i. Dial. & Christoph. Cornerum de modo inveniendi medium term. usum hujus longitudinis & progressus suppediat Brunus d. l. c. 6. memb. 2.

Latitudo. Latitudo scalæ in hac figura sequitur, que est vel scala prima, termini alicuius per conjugata inflexio, vel prædicationis sententia.

Per

Per conjugata sumitur, vel in concreto, vel in abstracto, vel in utroque, ut bonitas & bonum: vel secundum termines ivum, ile, are: ubi τὸ ivum, significat principium actuum, effectivum, communicatum: ut bonificativum: τὸ ile significat principium passivum, receptivum, participativum, ut bonificabile: τὸ are denotat principium copulativum, actuale, sive connexivum, ut, bonificare.

In prædicationis mutatione sumitur, vel transcedendo varia variarum scientiarum subjecta, nonnumquam etiam anagogicè: ut bonitas consideratur metaphysicè, physicè, ethicè, vel secundum enunciationem affirmativam & negativam, positivā & privativam, quatenus hæc prædicata de subjectis dicuntur affirmatè, negatè, privativè, positivè: vel ratione expliciti & impliciti, quatenus illa prædicata non solum considerantur in ratione formalī & actu signato, sed etiam in exercitu actu, quo sit ut omnia ad illa reducantur: vel ratione εὐαρεστίας, ὀμορφίας, πλεωνύμιας: vel quatenus subjectis attribuuntur propriè & impropriè per se & per accidens, naturaliter & contingenter, essentialiter vel accidentaliter. τὸ ίχνη vel τὸ ίχνη, sic Deus dicitur bonus τὸ ἄνθρ., creatura v. bona τὸ ίχνη. Exemplū dictæ deductionis dare in medium est animus.

Si bonitatem velis explicare, in latitudine scalæ invenies, bonitatem bonam, comparatione meliorem aliâ, aut non æquè bonam. Item bonificativam, bonificabilem (quæ non actu existit, sed habilis est) bonificare, quod est actus bonitatis. Item summum bonum Ethicorum, bonum substantiale & accidentale in Physicis: bonum magnitudinis in Mathematicis: bonum finis & mediū in Theologiâ. Item bonitas competit, inest, abeat, contrariatur secundum magis & minus, qualitatem infert, aufert, bonitate quâdam privatetur: positivè, affirmativè, negativè bonum. Ita, quicquid implicat aliquam bonitatem, sive appetibilitatem

tē, sive per se, sive per aliud: sive *in se*, sive *per se et aliud*: illud sit bonum; sive sit bonum conservationis, sive ordinis. Item bonum per se, per accidens, substantiale, adventitium, collatum, innatum, separabile, inseparabile, propriè, impropriè bonum.

Longitudo scalæ monstrat bonorum ordinem, bonum summum, subordinatum, verè & apparenter bonum; ut voluptas & virtus. In specie quæ sunt bona persequere in circulo subjectorum universalium. Primum bonitatis est, non uniri malo, malo resistere, sibi constare, esse *communicativum* & *diffusivum*: quæ scrutanda in circulo prædicatorum absolutorum. Ea enim omnia bonitatis ingredi possunt definitionem, hâc tamen lege, ut ad Deum relata, essentialiter illa omnia prædicata intelligantur quia in Deo non differunt realiter, sed ratione, non ratiocinata, sed ratiocinante.

Ad hæc differentia bonitatis procedit ex circulo T. & A. adhibito nonnunquam & circ. S. quo per gradus universalium subjectorum differentiæ bonitatis constituuntur.

Eodem modo de termino opposito, de malo & militâ, procedere & philosophari poteris: quandoquidem oppositorum eadem est scientia. Oppositi autem sive contrarii termini diductio diligens in rebus & argumentis inveniendis non parum conducit. Hujus præcepti meminit Lullius in designatione literæ D. in Circ. I. Transiunt etiam per circulum Q. assuntis omnium quæstionum speciebus, non pauca tene ultra jam dicta offerent.

Scalæ secunda figura. Secunda figura scalæ etiam propriâ altitudine, & latitudine constat.

Longitudo est subjectum, in quo discurrit intellectus ascendendo & descendendo: ascendendo, inquam, ab infimis per intermedia ad suprema, & descendendo à supremis per intermedia ad infima. e. g. à differentia, quæ est universalissimum principium descen-

dimus per partes & species intermedias, ad infimam & contrâ. Sic à signata differentia, quæ est inter Socratem & Achillem procedimus ad differentiam, quæ est inter hunc philosophum & hunc militem. Inde ad differentiam militæ & literaturæ, & sic deinceps pronaturâ rei & captu ingenii usque ad generalissimum, quod est differentia, ultra quod progredi adiungatur.

Latitudo quoque præsentis scalæ ad præcedentis figuræ similitudinem capit. Nec n. hi termini strictè, sed in latitudine accipiuntur, ita ut differentia significet alietatem, diversitatem, disparitatem &c. De similibus simile esto judicium.

CAPUT IX.

De Circulo composito, seu de clavibus artis, quibus prædicti circuli reserantur, in genere: & in specie de Questionibus.

Circulus quintus est compositus ex questionum formis, & responsorum regulio.

Hic notatur literâ Q.



Questionem vocamus clavem inventionis, & instrumentum Questiones

46. CLAVIS ARTIS LULLIANÆ

sunt claves inveniuntur. *tum dispositionis, instrumentum, inquam, instrumentorum in hac arte, ad hoc, ut propositio constituatur.* Non autem ideo hi termini vocantur quæstiones, quod illarum ope in utramq; partem problemata ultrò citrò que agitantur, sed quoniam per modum quæstionum primò significare videntur; quod etiam Lullius manifestat, dum eas vocat regulas: quandoquidem ex instituto principali potius ad regulandum & definiendum, quam ad inquirendum sunt finaliter ordinatae, ut per ipsas disponamur & ordinemur in discursu, resolutione & explicatione conceptionum. Iccircò Lullius nostra hasce quæstiones vocat vasa ad omnia intelligibilia.

Subiecta questionum materia. Cæterum in quæstionibus discernendæ sunt partes, nimirum, subjectum, de quo agitur, & forma querendi. Per subjectum intelligimus quemlibet terminum in singulis circulis comprehensum: qui vel simplex est, prout expressus est, in circulo: ut Sb Deus, Ab bonitas, Tb differentia: vel compositus, qui constat è duobus simplicibus, vel unius circuli, vel diversorum. Unius circuli, ut Sbe & eb: item be & ce, Deus Angeli, & Angeli Deus: Deus hominis; & angelus hominis, A. cb. bf. magnitudo bonitatis, potestas durationis, Diversorum circulorum, ut SA, bb. dd. gg. Dei bonitas; cœli duratio; animalium appetitus. Rursum subiectū compositum (duorum scilicet circulorum) aut abstractè, ut Dei bonitas; aut concretè, ut Deus est bonus, effertur. Præterea (ait nonnemo Lullistarum) terminus aut unum quoddam significat, aut plura: quod apprimè necessarium est scitu ac observatu respondenti, ut ambigua prius distinguat: ut, si quis querat, quid sit cancer? ambigua & vox cum sit; necessum est divisionem praereire.

Termini artis sunt ex pluribus vel suppositi. Deniq; (quod sæpè dictum sæpè dicendum.) aliud terminus est explicitus & continens, uti sunt summa genera in circulis: aliud implicitum & contentum, qui extra-

neus quoq; dicitur: quales sunt omnes illi, qui ad generales istos pertinent. Nam quæstiones hujus artis sunt generales ad omnes alias quæstiones, quæcunq; sint, applicabiles. Omnes enim in istis implicantur. Nam sicut omnia vocabula declinabilia (hoc simili utitur ipse Lullius) nominalia includuntur in quinq; declinationibus: sic suo modo omnes aliæ quæstiones in hisce decem, & ad ipsas reducuntur, & per ipsas regulantur ratione generalitatis, quam habent. Ex his vide re est (ut incidenter id commemorem contrà Antilullianos) quod nostra scientia sit generalis ad omnes scientias, & hoc cum suis principiis generalibus, in quibus principia aliarum scientiarum particularium sint implicita & contenta, sicut particolare in universalis. *Principia agitare particularia in generalissimis bus ar- vide profet.* *Lull. in art.* *magnam.*

Hic ies es magis notetur, quod quædam quæstiones proponantur per affirmationem; ut Quid est fides? Quædam per negationem: ut, quid non est fides?

Sicigitur consideratur subiectum in quæstionibus: sequuntur formæ decem quæstionum; Utrum, Quid, De quo, Quare, Quantum, Quale, Quando, Ubi, Quo modo, Cum quo? Quæ sane regulæ seu quæstiones gravissimum. viib; de causis eo ordine sunt digestæ. Nam

| | | | |
|---|---|-----------------------|----|
| Intrinsecam: & alia. | Dicunt esse prorsus <i>absolutum</i> | <i>Vtrum?</i> | 1 |
| | Denotant aliquem <i>respectum</i> | <i>Quid?</i> | 2 |
| | Plus ad externare spicunt | <i>De quo?</i> | 3 |
| Alia spectant ad rationem rei | Plus ad externare spicunt | <i>Quare?</i> | 4 |
| | Extrinsicam: qua respi- ciunt non quod est in N., sed CIRCA subiec- tum, ut | <i>Quantum?</i> | 5 |
| Quod ammodo ex trinsecā & quo dammodo intrinsecā: quare alia inquirit internē vel externe | Tempus seu Duratio- nem <i>Quando?</i> | <i>Tempus?</i> | 6 |
| | Locum sive Situm <i>Pro- prietatem?</i> | <i>Locum?</i> | 7 |
| | Mediū rei, sive in se & circa se, sive in alio & circa aliud, ut: <i>Quomodo?</i> | <i>Modo?</i> | 8 |
| Regula responsorum suisimae. | Concomitans rei sive adie- ctaum, sive proximum sive correlatum, <i>Cum quo?</i> | <i>Concomitantia?</i> | 9 |
| | Regula respondendi generales. | | 10 |

CAPUT X.

De Regulis Responsionum.

Circulus compitus exhibet regulas tam questionum, quam responsionum. Illae sunt enarratae, haec sequuntur, Regule responsionum sunt doctrinae, quae vim & veritatem in responsionibus monstrant, ut apposita possit respondere. Sunt, inquam, instrumenta, & veluti claves, quibus aperiuntur occlusa, manifestantur occulta, corrugantur via, monstrantur devia.

Regulae hujuscemodi sunt generales, vel Speciales.

Generales sunt, quas operæ pretium est in singulis questionum formis, ubique & semper considerare: ut sunt sequentes.

I. Præcautio omnis consistit in curâ & consideratione sui ipsius, personarum quærentium, & quæstionis propositæ.

II. Cura sui ipsius consistit in ardenti precatione, & intenta meditatione, ne animus peregrinetur, sed hoc agat. Et hodiè certè flagitaret extrema necessitas, ut aleremus præconem (sicut Romani in Capitolio sacris operaturi factitarunt) qui acclamaret, HOC AGE.

III. Cura quæstionis propositæ versatur in his. 1. ut interrogati concipiamus probè quæstionis sensum & circumstantias. 2. ut consideremus prius, si qua sit, vocabuli ambiguitatē, eamque discutiamus & demostremus. 3. Ut quæstionum genera distinguiam, non confundamus. Non enim appositè respondet, qui rogatus, quare Christus sit mortuus? responsionem suam velit inchoare ab explicatione, quid sit Christus, nisi tandem fiat applicatio, & causa indicetur, ob quam mortuus est. 4. ut ad quamlibet quæstionem vel affirmando, vel negando, vel distinguendo respondeamus. 5. ut nihil concedamus, donec audierimus conclusiōnem.

IV. Personarum quærentium ratio habenda. Si sunt graves, respondeatur paucis, cum decenti decore. Si pertinaces, pluribus verbis est opus. Si simplices, simplici responso & ratione fiat satis. Si doctæ, maximè locis ab auctoritate sumitis, ornamentum sumat oratio.

V. Denique aliarum circumstantiarum habeatur ratio. Si, quod proponitur, est satis cognitum, si decissum, si vanum & futile, si parvi momenti, si supra mentis humanae captum: sufficit simplici affirmatione, vel negatione respondere. Ad hæc considera causas & occasiones, cur, & tempus, in quo fit inquisitio. Num quidē quis ad experiendas vires ingenij ~~negat~~ quærat, ut tune totis nervis qualis sis doccas, uti Christus fecit subinde. An vero tantum tua desideretur se- D 5

CLAVIS ARTIS LULLIANÆ

tentia. Tunc enim breviter, sed appositi & cum ratione, responderemelius, opinor, quæ sentis: *Quod si dubia, & utrinque probabilis videatur res, utramq; propones sententiam: demum, quam elijas, rationibus firmabis, & contrariam refelles.*

Speciales responsionum regulæ sunt, quæ singulis quæstionum formis adduntur, quarum qualibet uno quodammodo certo vocabulo indicatur. Præstat igitur ut de singulis dispiciamus.

CAPUT XI.

De I. Quæstione B. UTRUM?

Nolo hic tradere illam subtilitatem philologorū, qui distinguunt hæc Synonyma & iædæmūm, *An, Num, Utrum*. Dicunt, quòd *An* debeat habere locum in quæstionibus affirmatis, ut *An Roma est illa meretrix Babylonica? Num, in quæstionibus negati- vis, ut, Num Papa est suprà concilium? Utrum, in quæ- stionibus, ad quas respondendum est distinguendo, ut, Utrum Deus omnia potest? Quicquid hujus sit, hoc est certo certius, quæstionem, *An* sit, reliquias necessaria præcedere, ne in cæteris solvendis tempus con- tatur.*

Regula pri-
ma quæstio-
næ est pos-
sibilitas.

Regula pri-
ma quæstio-
næ est pos-
sibilitas.

Regula ad hanc quæstionem respondendi, est *Possi- bilitas*, quæ monet, ut respondendo considerem, num affirmatio, an verò negatio sit possibilis. Quomodo autem illa possibilitas sit cognoscenda, disces è sex re- gulis, quas artistæ hæc de re tradunt.

I. Id affirmandum, quod magis plausibile, intelligi- bili, recolibile, id est, rationi consentaneum est; donec contrarium probetur, vel nos ipsi contrarium intelli- gamus. Ne igitur concedamus illud esse verum, quod sensui vel intellectui repugnat: exceptis articulis fidei, qui quidē non sunt contrà, sed suprà rationē. Ita ma- gis congruit iudicio rationis meæ, Deum esse, quām non esse: corpus Christi esse circumscriptum, quām quòd

Regula-
respondendi
spectata.

Quæstio An
firmissime
sure est pri-
ma

Articuli fi-
des non sunt
cognitæ, sed
suprà rati-
onem.

LIBER PRIMUS.

quòd sit ubique expansum. Iccircò illud affirmo, hoc nego, superioribus tamen exceptionibus observatis.

II. Quotiescumque ad affirmationē alicujus sequitur destructio principiorum & definitionum, negativa est tenenda, & contrà: licet ab initio contraria sen- tentia rationi visa sit plausibilis. e. g. Siquispam querat, *An Deus sit?* Ad negationem sequitur de- structio principiorum: videlicet, *Nihil potest esse causa sui ipsis: Natura abhorret à progressu in infinitū.* Si igitur Deus non est, mundus aut nullam suihabert causam aut sua sibi est causa. Sed utrumque absurdum, ut post probabitur. Sic, si quis querat, an corpus Christi sit ubique? vel, An in unione personali divina natura suas proprietates transfuderit in humanam naturam? Ad affirmationem sequitur destructio principiorū, vi- delicet articulorum fidei (*natus è Maria virgine, passus, ascendit ad cœlos*) & definitionis corporis humani.

III. Id non est concedendum, cujus vel nulla, vel in- firma à nobis allii; ve allata est demonstratio.

IV. Videndum an affirmatio & negatio è veris prin- cipiis concludi possit. Si potest, illa ipsa vera erit: ut an corpus Christi est circumscriptum? Affirmatio est vera, quia è vero principio, nempe materiâ vel genere corporis Christi demonstratur. Hic etiam oportet ex- pendere, an ex affirmato vel negato problemate legitima consequentia rerū elicī & confici possit: ut si que- ratur, an Christiani debeat querere quæ sursum sunt? Affirm. Quia eo affirmato sequitur verum enuncia- tū, Christianorū spem non nisi terrestribus, sed coelesti- bus & spiritualibus, videlicet justiciâ & vitâ aeternâ.

V. Non semper simpliciter affirmando vel negando sed etiam perspè dubitando debemus respondere. Nam ἐρεῖς καὶ ποτὲ ἐρχόμενος φιλοσοφίας, ait Arist. 3: Meta- ph. c. 1.

VI. Disputatores convenire debent in certis prin- cipis. Ineptus ergò & bis ridiculus fucto, si cum Judæo disputa-

Negans prim- cipa non est audiendus.

Restè dubi- tare est mihi- simus sapientia.

CLAVIS ARTIS LULLIANÆ

52

Contra ne- disputationis afferam Novum Testamentum. Negans
guarit p- vero principia non est audiendus. Hoc cum primis est
cipsa nō est verum de primo & generalissimo illo principio. *In-*
dissimilans. *Principium* *possibile est idem esse & non esse:* Nam hoc posito, ali-
omnium pre- quid erit nihil, & contraria, ideoque tota rerum natura
pium. evertetur. Hic operæ pretium erit uno atque altero
exemplo ostendere, quomodo omnia probentur per
esse & non esse, per unum & plura, hoc est, deductio-
ne ad impossibile.

Probatur,
Deum esse:
īmāyayn ēs
rō īdūām.

Vide Lullii
de articulis
fides.

I. Probandum venit hoc axioma, *Deus est.* Impossi-
bile est idem esse & non esse. Ergo Deus aut est, aut non
est. Si non est Deus, mundus aut nullam sui habet cau-
sam, aut sua sibi est causa. At utrumque est absonum
& *ādūātō.* Nam si mundus à se ipso extitit, aliquid
potest esse sui ipsius causa. Atqui hoc falsum. Ratio:
quia nihil potest esse se ipso prius & posterius. Alio-
quin esset antequam esset, h. e. esset simul & non esset.
Hoc autem pugnat cum invicto hoc & omnibus noto
principio, de quolibet vera est affirmatio vel negatio.
Quod etiam mundus non sit *ārātō*, causæ expers, sic
ostenditur; Quicquid est mutabile & compositum,
habet causam se superiorem. Contraria, quicquid est
causæ expers est immutabile & simplex, ut à nulla re
quicquam pati possit, & infinitum, ut à nulla re com-
prehendi possit. Nam si pateretur, esset aliquod agens
supra ipsum. Si comprehenderetur, esset aliquid ter-
minans ultrà ipsum. Et si esset aliquid suprà & ultrà
illud, perfectissimum non esset. Paret igitur mundus
esse alicujus causæ effectum. Si igitur aliqua est mun-
di causa, ea aut est creata, aut increata. Atqui aliquid
creatum esse non potest causa mundi, quia omnis crea-
tura est de esse mundi. Et hanc ratione introduceretur
progressus in infinitum, à quo natura abhorret. Illa c-
nim causa creata dependeret ab aliâ, & sic deinceps.
Aliud igitur aliquid pro mundi causa habendum. Et
hoc debet esse independens, omnis imperfectionis ex-

pers,

LIBER PRIMUS.

53

pers, & eminenter perfectum. Causa enim nihil po-
test dare effectui, quod ipsa non habet formaliter, vel e-
minenter. Tale autem Ens est Deus. Ergo Deus est *EST secundi*
causa mundi. Si est causa mundi, utique est. Nam ab *ē tertii ad-*
EST secundi adjecti ad EST īπαρχην, sive tertii ad-*iellī.*
jecti valet consequentia.

II. Sic possumus demoliri *ātōmū*, contundamus *Probatur,*
nunc īolvūtōmū. Si Deus est, aut unus est, aut sunt *Deum ēsō*
plures dī. At non sunt plures. Si enim sunt plures,
sunt divisi. Si divisi, per contraria sunt divisi, scilicet
per contradistinctas vel saltem distinctas differentias.
Si sunt contrarii, unus potest impedire alterum, & per
consequens non sunt infiniti, aut omnipotentes. Plu-
ra enim infinita dari non possunt. Si non sunt infiniti,
ne dī quidem erunt. Ergo est unus Deus, laudandus
in secula.

III. Probato, esse Deum, & quidem unum, probā-*Probatur,*
dum est, esse aliquod Dei verbum, ex primo principio. *ēsō aliquod*
Dei ver-
būm.
Si est Deus, & sunt creaturæ intelligentes, iis aut se pa-
tēfecit, aut non. Si non patefecit, aut non voluit, aut
non potuit. Si non voluit, invidiæ: Si non potuit, im-
potentiæ arguitur. Deus autem semper facit, quod
melius est: Melius autem est, ut Deus se quibusdam
patefaciat. Omne enim bonum est communicativū
sui. Ergo Deus se patefecit in verbo.

IV. Ostendimus esse aliquod Dei verbum, jam se-*Probatur,*
verbum pro-
quitur, ut probemus, non esse aliud, quām quod in li-
bris Prophetarum & Apostolorum continetur. Id hoc
pacto liquebit: Si est aliquod Dei verbum, ut est, aut
hoc est, quod nos Christiani dicimus esse: aut aliud
est. At non potest esse aliud. Nam si est aliud, illud e-
rit plenus & planius quām hoc, quod nos habemus.
Si est plenus & planius, habebit sanctiora præcepta, &
ampliores promissiones. Nam sanctissimi est sanctissi-
ma mandare, & benignissimi est cultoribus suis am-
plissima constituere præmia. At non est aliud plenus
& pla-

54 CLAVIS ARTIS LULLIANAE
& planius. Excutiantur omnia scripta: & nusquam est reperire sanctiores leges, nusquam ampliores permissiones. Ergo hoc, quod dicimus, est verum Dei verbum.

Exinde videre est, quā omnia probentur per EST & NON EST: quā de re consule Virgil. fragmenta.

CAPUT XII.

De 11. Questione C. Quid?

*Regula resp.
Quidditas.*
Habitā cognitione, quōd res sit, rectē interrogatur, quid sit? *Hec quæstio est instrumentum, quo definitio inquiritur:* ideo regula responsionis vocatur *quidditas, ecceitas, hæcceitas* (ut Scotus loquitur) vel *definitio*.

*Definitio
quid & quo-
tuplex?*
Definitio est, quā explicatur quid res sit: sive, *definitio* est regula responsionis, quā *quidditas* subjecti exprimitur & monstratur.

Quidditas est essentia rei.

Essentia est forma entis, per quam est id, quod est.

Essentia est duplex, primi & secundi momenti.

*E*ssentia primi momenti est, quæ efficit, ut *subjectū* sit *hoc quod est*, id est, ut sit & existat.

*E*ssentia secundi momenti est, quæ efficit, ut *subjectū* existens propter adveniens *accidens* sit *tale quippiam*. Ethinc *predicatio est duplex; in quid, & quale*, ut monet Zabarella. *A*nimal de homine *prædicatur in quid: eruditio de eodem in quale*. Nam illud *prædicatum* respondetur ad interrogationem factam per *Quid, quā quæritur substantia rei*. Sic *prædicatur genus de specie, & species de individuo*. Nam si quis quærat, *quid est homo?* respondetur, *est animal*, si quærat, *quid est Socrates?* respondetur, *est homo*. Hoc verò *prædicatum* respondetur ad *quæstionem factam per quale*. Et *hoc quale est triplex, essentialis, accidentale, & medium inter esse et accidentale*. *E*ssentia: sic *differentia prædicatur de specie in quale*. Sed

hac

*Primum &
secundum
Natura mo-
mentum.*

*Predicatio
est duplex.
1. In quid.
2. In quale.*

*Quale tri-
plex.
1. Essentialis.*

LIBER PRIMUS.

hæc talis qualitatis interrogatio non fit nisi post responsionem ad interrogationem factam per quid, ut, *quid est homo?* Est animal. Quale animal? Rationale. Sic etiam *essentialis qualitas interrogatur, quæ est, forma essentia speciei constituens*. *Quale acciden-*
tale: sic accidens prædicatur de subjecto, ut album de
homine, quia cum hominis essentiâ nullam affinitatem
habet. Quale medium inter esse et accidentale
*apud prior,
s. Quale ac-
cidens.*
Sic prædicatur proprium de specie, & de indi-
viduis ejus speciei, & aliquam cum essentiâ speciei af-
finitatem habet: non quōd illam constitut, sed quia illam constitutam insequitur, & ab illa derivatur, ut risibile ab essentia hominis.

*Quoniam igitur quidditas est duplex, etiam definitio duplex erit. Prior vocatur *essentialis*. Posterior *accidentalis*. Hinc sequitur.*

1. Cū inquitur rei *quidditas*, fieri interrogationem, vel de eo, quod res est ratione *essentiæ*, vel de eo, quod est ratione *accidentis*.

2. Definitionem *talem responsionis loco offerendam esse*, qua explicetur utraque *quidditas*, videlicet, *quid res sit in primo & secundo naturæ suæ momento*.

*H*æ sunt duæ species definitionis, sequuntur partes, *partes defi-
nitionis.*
1. Genus,
*2. Differentia speci-
fica.*
*quæ sunt itidem duæ, putâ *genus & differentia*. Genus est symbolum materiæ, differentia formæ. Et hæc est divisiva respectu generis superioris, at constitutiva respectu speciei inferioris.*

Hic opus est utriusq; partis & cognitione, & inven-
tione.

*D*e cognitione & inventione generis teneantur se-
*quentes canones & præceptiones. Genus est pars defi-
nitionis, que partem subjecti communem designat: sive, Genuis in de-
genus est terminus cōmuni pluribus, explicans cau-
lām, propter quam subjectum est ens: ut Angelus est quid.
Inveniōne
Spiritus. Hic Spiritum esse est causa, ob quam Angelus est ens, sive aliquid, sive n, ut loquuntur Græci.*

Cogni-

Cognitio generis est, nec nisi a termini seu vocabuli comprehenditur. Genera rerum missis, quo subjectum definitur. Illa cognitio manat peruntur ex circulorum conversione. & terminorum iranscendentia singulis circuitum (qui cuiuslibet rei genus suppeditant) usurpati. Et hoc est summum artis magisterium ad quem terminum pertinet. Quia de re tenentur haec regulæ.

I. Ille terminus, sub quo subjectum situatur & collocatur, est genus: ut Aristoteles pertinet ad terminum E circuli S. Dico igitur, Aristoteles est homo. Sic Iesus Servator noster pertinet partim ad circuli S. terminum B. Dico igitur, Jesus ille est Deus: partim ad ejusdem circuli terminum E. Dico igitur, quod Jesus sit *christus* sive *christus*, Deus & homo.

II. Termini subjectorum universalium sunt distribuendi per species, & dividendi per partes, & inveniendis proximum genus. v. g. actio animæ est alia intellectus, alia voluntatis. Sub illa continetur cognitio. Dico igitur, quod cognitio sit actio intellectus, vel animæ intelligentis.

Mira predicationis. III. Terminos prædicatorum sæpè usurpamus loco generum. v. g. intellectus hominis est definiendus cunctas. Hic definiri potest ex circuli A termino B. & sic est bonitas naturæ humanae: è termino E, est facultas animalia rationalis: è termino I, est veritas dictorum & factorum: è termino K, est gloria & perfectio imaginis Dei in homine. Ex circuli T termino B. intellectus est differentia, quâ essentialiter à brutis differt. È termino E ejusdem circuli T est principium cognitionis &c.

IV. Sæpè epitheta circulorum, seu termini communes, in quos circuli dividuntur, sumuntur loco generum. v. g. Si definienda sit quantitas, dico esse accidentis: quia scilicet est in circulo accidentium. Sic Deus est substantia; quia in circulo S, qui est subjectorum sive substantiarum, continetur.


V. è cir-

V. È circulo Q, eodem articulo vera genera determini possunt: querendo scilicet, quare subjectum, quod definiendum est, sit res vel ens. Quod invenire facile erit si inquiras, quare vel sequens terminus ipse, vel termini sequentis subjectum ens sit: ut, si querantur, quare justitia est ens, termini sequentes causam monstrant, quia est accidentis, seu ita inest subjecto, ut ipsum denominet. Omne accidentis est ens. Justitia est accidentis. Ergo ens. Justitia igitur est accidentis, unde a- liquid appellatur justum. Has definitiones puto esse *methodus* omni- um optimas, quia magis scientificæ non succurrunt. Itaq; quum abstracta sint forma concretorum, adeoq; re- abstracta & correlata, sane abstracta sunt finienda per concreta, & contraria. Qualitas ergo est, unde ens denominatur *creta*, & *contra- trax*. Quale est, quod qualitatem habet. Sapientia est actus seu forma sapientis, quatenus est sapiens vel, bonitas est bene, cuius ratione bonum aliquid dicitur in essendo & operando &c. Sicut enim se res habet ex ratione, sic etiam ex ratione. Ad eundem modum ex reliquis circulis causa entis petitur: ut, quare justitia est ens? Resp. ex termino B circuli A: quia est bonum necessarium & utile ad defensionem & conservationem cum singulorum, tum universorum. Sic igitur justitia definienda.

Sequuntur transcendentia, que sunt termini; ex prædictis quibus cuiuslibet rei genus assertur, & includuntur circulo T.

In his triangulis continentur novem termini, quorum quilibet cuiusque subjecti genus nominat. Sufficit ergo hic unam duntaxat regulam tenere: videlicet. Si subjectum definiendum est, aliquis horum terminorum erit genus: ut, manus est principium, quo homo contrectat. Homo est principiatum, seu opus Dei. Omnipotentia est differentia, quâ Deus distinguitur à creaturâ impotente, sive est majoritas Dei, est principium operandi, &c.

Sic



*Quomodo
differen-
tia
in defini-
tione
inveniatur.*

Sic cognoscenda & invenienda est prima definitio-
nis pars, nempe Genus: sequitur modus inveniendi &
cognoscendi differentiam.
*Differentia est altera pars definitionis, quae est eius per-
feccio. Facit enim ut res sit idem, hoc aliquid tale ens,
& valuit rem in certo entitatis gradu.*

*Tres sunt
modi in-
venien-
tiandi dif-
ferentiam.*

*Differentia invenitur tribus questionibus, veluti prin-
cipijs, nempe Cuius, Quale, Quare. In-
veniatio differentiae per hæc tria questionum genera, est
eorum, quæ ad ista respondentur, cum genere defini-
tionis coniunctio. Nam ratio formalis definitionis
consistit in conjunctione generis & differentiae. Itaq;
necessarium est, ut de invento genere secundum has
formas queramus. Nam tres istæ questiones mo-
ventur & de subiecto, seu definito, & de genere. v.g. Ho-
mo est animal. Hic tres istæ questiones moventur
primò de homine, ceu definito, deinde animali, ceu
genere.*

Quomodo

*Quomodo per questionem cuius, in-
veniatur differentia in definitio-
nibus.*

Hæc questione inquiritur, vel possessor, vel res possessa. *Primus mo-*
*Possessoris vocabulo intelligimus omne id (ut habetur in das investi-
nistro ms.) cui potest attribui verbum habere, ut sunt rela- gands diffe-
ta & relatè considerata. Relata enim nō sunt à dōn, sed rentiam.
ādōn mōr. Sic subiectum habet accidens. Jam igitur
si definienda sit qualitas, dico, quod sit accidens sui
subiecti, per quam est hoc vel illo modo dispositum
& affectum. Dominus est, qui servum habet; magi-
stratus, qui subditos. Possessivum est, quod habetur, vel
inest, vel etiam habet. Sic pars habetur à Toto. Dico
igitur, Cubile est pars domus in quâ homo capit som-
num.*

Inventio autem tām possessoris, quām possessivi est
discursus & conversio circulorum, & in iisdem termi-
norum consideratio, quæ fit sano rationis adhibito
judicio, hoc modo:

I. Exponuntur, ad quem circulum referatur, id de
quo moveretur *questio cuius.*

II. Eo invento, possessor vel possessivum erit, vel
ipse terminus, sub quo illud continetur, vel alius quis-
piam illo vel superior vel inferior.

III. Si in circulo subiectorum *questio cuius* non sic
comprehensio reliqui consulendi sunt circuli. e.g. In
regulariter de inventione generis definitius intel-
lectum, quod sit facultas. Hæc definitio imperfecta
est. Abeit enim differentia. Differentiam ut inveniam
quæro cuius rei sit facultas. Quæro possessorum in cir-
culo proprio subiectorum. Invenio E sub quo intel-
lectus continetur. Dico igitur: intellectus est facultas
hominis. Et sic differt ab intellectu Dei & Angeli.
Jam quia homo conitat suis partibus essentialibus, rur-
sum quæro, cuius partis sit facultas. Hic necesse est

E 2 fieri

60 CLAVIS ARTIS LULLIANÆ
fieri partitionem, & in partibus adhiberi judicium, ut
recte perspicias, utra possessoris titulo sit digna. Partes
verò hominis sunt corpus & anima. De corpore illa
dici non potest. Dico igitur, intellectum esse faculta-
tem animæ rationalis. Sed & voluntas est facultas a-
nimæ, idc oque ultima differentia est addenda, intelle-
ctus est facultas animæ cognoscitiva, voluntas electi-
va.

*Secundus
modus inve-
stigandi dif-
ferentiam.*

*Quomodo per questionem QV A L I S inve-
niatur differentia in definitio-
nibus.*

Per facilis est hæc inventio. *Mutatis enim substanti-
tivis nominibus in adjectiva, termini differentiarum
in promptu sunt.* Substantiva autem sunt omnia, quæ in
singulis circulis, excepto postremo Q, recondita sunt.
Ideò hic quoque discursus circulorum est necessarius
e.g. suprà dictum est, intellectum hominis esse facul-
tatem. Jam quæro qualis sit facultas? Respondeo ex
circuli, S b c d e f. divina, angelica & spiritualis,
cœlestis, rationalis, imaginativa: item ex circuli A b
c d e f g. bona, finita vel infinita, perpetua, actua-
lis &c. Idem fit discurrendo per singulos terminos
circuli T.

*Tertius mo-
dus inqui-
rende dif-
ferentiam.*

*Quomodo per questionem QV A R E inve-
niatur differentia in defini-
tionibus?*

Si hæc questionis formâ differentiam invenire velis,
primum de subjecto quære, non quare ens sit, sed quare
peculiariter nomine appelletur. e.g. definienda est Ca-
stitas. Hujus differentiam si invenire volueris, quare
causam hujus appellationis, quare sic nominetur? ni-
mirū, quia regit & prohibet organa externa ab iniqui-
tate, quæ vel in verbis, vel in factis cōsistit. Id cognosci-
mus, quando rationē nominis investigamus. In nomi-
ne

ne autē tria pensitanda, παραγόμενα, συναντούμενα, ὑπαντούμενα. In definitio-
ne ex Grammaticis huc afferre decet. Deinde dif- *nomenis*
ferentia additur generi, ut quare castitas est virtus. Sed *tria ad un-*
quomodo pressius differentia ē quæstione *Quare sit* *guen obser-*
petenda, id porrò latius ex regula causalitatis intellige-
mu-

Coronidis loco observa, non ineptè genera & dif- *predicamen-*
ferentias rerum peti ē serie prædicamentorum. Si igit- *ta sunt tabu-*
iūr hominem definire vclis, tuum est observare in quo- *la generū &*
nam sit prædicamento, ut exinde mutueris genus & *differentia-*
differentiam, Consule logicam Polani: Observa etiā *Nova desi-*
methodum Scalichii, quæ talis est: Quicquid in & de *nsendi me-*
aliquo consideratione effertur, id sit aut per efficientē *thodis è*
causam, aut per effectum, aut per objectum, aut per a- *SCALI-*
ctum, aut per aptitudinem, aut ratione perfectionis, *CHIO.*
Atque nihil est quod hisce sex in quovis subiecto non
ad amissim declarari queat, Hinc enim definitiones
rerum pendent. Hinc veræ apodixes proveniunt, Non
igitur perfectam rei definitionē assignare poteris, nisi
eam hinc sumas: Melius igitur definitur homo, cui
convenit actus hominis, quam animal rationale, ut
vult Scalichius, cujus tamen ratio non militat. Dicit
enim, minus esse in definitione, quam sit in definito:
eò quod etiam rationale Angelis tribuatur. Hem
Scalichi! Tota definitio debet reciprocari cum defini-
to. Jam verò Angelus non est animal,

CAPUT XIII.

De questione D, De quo.

*Q*uestio de quo est instrumentum artis, quo vel spe- *Regule di-*
cies, vel partes rei subiectæ inquirimus. Species il- *visionis.*
lius tres sunt, *Quot*, *Quotplex*, *Ex quibus*. Prima in-
dagat numerum corum, de quibus queritur. Ec re-
spondetur vel affirmando, vel negando. Affirmative,
per nomina cardinalia, unus, duo, tres, &c. ut quot sunt
mundi? Unus. Vel per inductionem & collectionem
E 3 Specie-

specierum, ut si quæram, quot sunt animalia? Idem dico, atque si petam, ut distinctè & ordite species animalis enumeres. Respondebitur igitur, quod sint homo, equus, avis, pisces, serpens, ζεφυτη &c. Hæc inveniuntur in divisionibus terminorum circuli S & I.

Negativa responsio fit per vocabulum, Nullus, a, um: ut, Quis hominum creavit mundum? Nullus. Altera hujus regulæ species est Quotuplex: quæ inquirit species, prout illæ a suis differentiis nuncupantur, idq; vel adjectivæ, vel substantivæ.

Adjectivæ, casu eodem cum subjecto: ut, servus alius est fidelis, alius infidelis & nequam. Substantivæ, casu genitivo: ut, servus alius est Dei, alius Satanæ, & Manimonæ.

Responsionis autem vocabula formativa sunt, vel redditiva, ut simplex, duplex, triplex, vel expositiva & numerantia, ut quidam, alius.

Sed quæritur quæ tandem istas species cognoscere queamus? Sic inquam. De ipso subjecto fiat quæstio per formas, Cuius & Qualis, percurrente omnibus circulos, nullo excepto: ut, sit quæstio de felicitate, quotuplex sit? Respondebitur ex formâ Cuius, juxta circulum S. Felicitas alia est Dei, alia Angelorum alia hominum, juxta circulum A. Alia est æternitatis, alia perpetuitatis: quarum illa soli Deo, hæc Angelis & electis hominibus competit: alia intellectus, alia voluntatis. Ex circulo T. Alia est felicitas causæ efficientis principalis, alia instrumentalis. Ex circuli Q termino h, Quando felicitas alia est seculorum ante diluvium, alia temporum post diluvium, vel, alia hujus vitæ & finiendæ, alia alterius vitæ & perennis. Ex circulo I. Felicitas alia magnitudinis, alia numeri, alia actionum animæ, alia corporis.

Deinde ex formâ Qualis respondebitur, discurrendo terminos subjectorum & prædicatorum. Felicitas alia humana, alia Angelica: ex circulo S. Alia du-

*Facilima
methodus
dialegentia:
eaque arca-
na.*

rabilis,

zabilis, alia non: ex circulo A. Alia felicitas in principio, medio, fine, alia major, minor, æqualis: è circ. T. Et sic in reliquis.

Hic nota sequentes maximæ.

I. Interdum species ambæ distinctis nominibus enuntiantur, ut Angelus, alius bonus, alius malus. Interdum una species expressè nominatur, altera infinito nomine indigitatur, ut Angelus alius est perfectus, alius non perfectus; ens, non-ens &c. Et hæc species sunt maximè contradistinctæ, quia sunt termini desueti è primo principio, *Impossibile est idem esse & non esse*.

II. Nomina mutari possunt in verba, ut: Felicitas alia beat, alia damnat: alia durat, alia perit: alia expetitur, alia contemnitur: quæ divisiones deponitæ sunt è duratione, bonitate, appetitu.

III. Membra divisionis sumuntur vel ex uno tantum termino, ut felicitas alia durat, alia non: vel ex duabus & pluribus, ut felicitas est Angelica, divina, vel humana.

IV. Superstitiosi sunt, qui tantum venantur & venturæ *dialecticas*.

Sequuntur partes subjecti, quæ requiruntur & concurredunt ad rei constitutionem & compositionem.

Partes cujusque rei communi nomine vocantur *Materia* & *Forma*: Totum dicitur *compositum*. *formæ sunt
Materia & Forma*: *partes communis*

Materia invenitur inquirendo causam aliquam ob quam ens est: ut quia homo est animal, ens est, *positivæ*.

Forma reperitur, quando inquirimus causam, ob quam subjectum peculiari & proprio nomine appellatur, seu ob quam res est tale ens: ut, quia homo est animal rationale, dicitur homo.

Regula respondendi ad hancce quæstionem est materialitas, seu divisio. Quamvis autem ratio dividendi jam sit plus satis enucleata: ut tamen candidatus philosophiae Lullianæ eam melius infigere animo possit, sibi proponat hoc schema.

Schema divisionis habet circumferentiam & centrum seu triangulum. In circumferentiâ describantur 9 literæ, & earundem significata:

| | | |
|---------|-------------|--------------|
| B Genus | E Effectum | H Virtus |
| C Totum | F Subjectum | I Substantia |
| D Causa | G Accidens | K Absolutum. |

Quicquid dividitur, quoddam horum est. Centrū vero, vel etiam triangulus, est organon, quod monstrat subjectum dividendum, & genera, in quæ dividitur, monstrat. Eo enim (triangulum intellige) converso ad terminum quemlibet circumferentiae, statim in circulo divisionis materia se offert. e. g. quæritur de quo sit virtus, i. e. quomodo dividatur? Hic prima officij mei pars est, moyere in circulo trianguli supremum angulum, & considerare, ad quem terminum referri debeat, an ad genus, vel totum, vel causam. Motto igitur triangulo appetit, virtutem locum habere posse I. Generis: Ideò distribuenda est in suas species dupliciter. 1. Juxta quæstionem Quot, dicendo; virtutes sunt Fortitudo, Justitia, Temperantia, Prudentia. 2. Juxta quæstionem Quotuplex, dicendo, alia est Dei creatoris, alia creati hominis: alia est innata, alia acquisita,

II. Totius. Fit igitur partitio, quâ virtutis partes enumerantur. Partes autem virtutis sunt, materia, h. c. inhærens aptitudo & rectitudo naturæ: & forma, h. c. usus illius rectitudinis in dictis & factis.


III. Causæ. Fit igitur divisio per enumerationem causarum: ut, virtutis causæ sunt Natura, Ars, Exercitatio. Causa finalis est gloria Dei, &c.

IV. Effectorum. Fit igitur divisio virtutis per enumerationem effectuum. Sunt autem effecta virtutis conservatio, communicatio, augmentatio, incolumentas, &c. ex circul. A, terminis b, c, d. Potest etiam distribui ex accidentibus, subjectis, &c.

De regulâ seu quæstione. E, QVARE.

R Egula, quærationem respondendi ad hanc quæstionem decernit, est Causalitas, quæ ex causis rem explicantam ostendit,

Hic igitur opus est cognitione causarum: quarum genera hoc scheme adumbravi, exceptis causis per accidens; quia hæ sunt infinitæ, & certis distribui classibus nequeunt. Generibus causarum cognitis, species & individua petantur ex varia lectione, experientia, circulorum revolutione, terminorum definitiōnibus & divisionibus. Nec enim hæc ars tradit causas individuorum, videlicet fulminū, nubium, fontium, sed generalia instrumenta subministrat, quibus deducimur in causarum notitiam. Genera harum causarum sunt ista,



Definitiones horum generum petantur & libellis Dialecticis.

Paradigma.

Praxis hujus regulæ exemplo plana fiet. Esto igitur hæc quæstio, desumpta ex Joan. 10. cap. Quare Dominus noster Jesus Christus sit & dicatur Pastor? Respond.

I. Per causam efficientem hujus Pastoratus: quæ est, Deus Patris præordinatio, ordinatio, unctionis ad hoc genus munericis. Esa. 40. v. 11. Ezech. 34. v. 23. 24.

II. Causa impellens ~~πεντερημένη~~, interna & antecedens est iudicia, beneplacitum & libera voluntas Dei τελευτιον. Ezech. 34. v. 26. Joan. 10. v. 3.

*Christus est
noster mé-
diator.*

*3. Merito, in
statu ex-
missionis.*

*2. Efficacia,
in statu ex-
altationis.*

III. Causa impulsiva ~~πεντερημένη~~, est ipsius Christi ineritum, quod ab ipso solo præstari potuit: & ab efficaciter nobis applicari: in quibus, merito nempe & efficacia, consistit eiusmodi Pastoris officium. Quia solus calcare poruit torcular: quia solus posuit, & ponere ~~πεντερημένη~~ poruit animam suam pro ovibus suis. Christum autem impulsit obedientia erga Patrem, & φιλαγωγή erga suum peculium.

IV. Materia ex quâ pastoratus ille consistit, est gubernatio, nutritio & defensio. Ezech. 34. v. 29. Haec tria nobis contingere nequeunt, nisi Christus sit ~~πεντερημένος~~.

V. Materia, in quâ, debet esse subiectum hujus pastoratus, idque omnium fortissimum, prudentissimum, humanissimum, fidelissimum. Nemo autem robustior Christo, Joan. 10. Nemo ipso humanior, Matth. 11. nemo ipso prudentior, Matth. 12.

VI. Materia circa quam, objecta hujus Pastoratus sunt: à dextris lupi, à sinistris mercenarij. Contrà illos Christus oves suas tuetur, contrà hos consolatur. Primum autem objectū est ovile ipsum cum ovibus.

VII. Forma pastoratus: Nutrit pabulo spirituali, carnis suæ; regit verbo & spiritu; defendit tuas oves contrà insultus Satanae, Mundi. &c. & quidem prudenter & fortissime. Non pascit illas elementis externis, nec illas gubernat terreltri & elementali ba-

culo

culo, sed coelesti & spirituali.

VIII. Christus est Pastor propter fines. 1. Ratio-

ne finis commodi, & respectu Christi. Non est ut in-

de mereatur quippiam, quo se servare possit: sed est u-

surpatio & obligatio Christianorū, ad perennem lau-

dis magnificentiam, ut cognoscatur & celebretur. E-

zech. 34. v. 27. Et scient, quia ego Dominus. Joh. 10. Et

cognoscet me. 2. Respectu ovium finis est, illarū

collectio & conservatio. Joh. 10. Es. 40. In baculo suo

congregabit ipse. Luc. 15. 3. Finis vero, qui vocatur

deus, est necessaria, immutabilis & æternæ elec-

tionis consilij executio. Ephes. 1. Johan. 6. *Quicquid*

dat mihi Pater, &c. Hoc est voluntas ejus. 4. Re-

spectu ovium finis ^{deus} est, earum perfectio & gloria.

Joh. 10. *Erit unum ovile.* Ezech. 34. *Non erunt ultra*

imminuti fame. Psalm. 23. *Bonitas & misericordia sub-*

sequentur me. 5. Ratione incommodi & damni.

6. Ut ne illa, quæ in deserto periculis extremis objec-

ta erat, prorsus pereat.

2. Ne collecta in desertum denuò per devia abeat.

3. Ne oves conculcentur ab hircis & arietibus, sed

sint sine metu. Psalm. 23. *Si ambulaverem in mediis um-*

bribes mortis, non timebo.

Ad eundem modum omnes quæstiones hujus clas-

sis solvi & amplificari possunt.

Et quia verum esse omnes intelligunt, quod Aristoteles dicit: *Scire est rem per causas cognoscere.* Statuen-

dum igitur omnino est hanc quæstionem esse clavem,

quâ fortes scientiae aperiuntur.

CAPUT XV.

De 5. questione F, QUANTUM.

Règula hujus quæstionis nominatur quantitas, quæ Regula quæ ostendit, responsionis materiam debere fieri vel ~~reservata~~ per magnitudinem, vel per numerum: Sub illâ etiam infini-

*Quantitas
est discreta,
vel concreta.*

68 CLAVIS ARTIS LULLIANÆ

infinitatem subintellectam volumus, e. g. Quantus pastor est Christus? Respondetur, est infinitus secundum deitatem. Quanta est fides Christianorum? Est magna, ut in muliere Cananæa. Matth. 15. major vel maxima, ut in Capitaneo. Sub numero etiam innumera comprehendeo: ut quanta sunt peccatorū mala? Resp. Innumera. Et hæc quæstio requipollet illi, quot sunt? Cæterum quantitas est triplex essentie, motus, virtutis. Vide sis Brunum de lamp. combin. cap. 9, membro. 7.

CAPUT XVI.

De Quæstione 6. Quale, G.

*Quatuor
sunt species
qualitatis.*

HUic quæstioni subjicitur regula, quæ vocatur Qualitas. Quot igitur sunt species qualitatis, tot sunt hujs quæstionis multiplicationes & sensus. Species autem qualitatis pete è tabulis prædicamentalibus. Quando igitur quæritur, qualis sit res, respondetur ex quatuor his speciebus.

1. Habitus.

I. Qualis est secundum *habetum*, habitum? Ut, qualis Pastor est Christus? Est fidelis, verax, prudens,

2. Potentia & Impon-
tia naturae

II. Qualis est secundum potentias vel impotentias naturales? ut, Christus est Pastor, in quo heroici motus adversum lupos, & *revera* erga oves eminent & conspicuntur.

3. Qualitas passibilis.

III. Qualis est secundum passibiles qualitates? ut, Christus cæt audibilis suis ovibus, & erit tandem iisdem visibilis & palpabilis. Est insuper affectu lato exilarans corda suarum ovium.

4. Forma et Figura.

IV. Qualis est secundum figuram? Hæc quæstio moveri solet de artificialibus, sed hic modus est specialis.

*Discursus
circulare
minimus.*

Cæterò qui communis regula respondendi ad hanc quæstionem est circularis discursus, qui mutatis abstractis in concreta solet fieri: ut, cum quæritur, qualis pastor sit Christus? Respondetur ex circulo S. Et diuinus,

LIBER PRIMUS.

69

vinus, à Deo ordinatus, cœlestis, è cœlo descendens spiritualis, humanus. Ex circulo I. Est unus, justus, fortis. Ex circulo A. Bonus, perpetuus, omnipotens, *magistri*, libertrimus. Ex circulo T. Alius & diversus à metceariis, idem cum Deo Patre, adversus & contrarius lupis. Ex circulo Q. Ordinarius, nutritius, defensor suarum ovium &c, ex terminis d &c.

CAPUT XVII.

De 7. quæstione Quando, H.

R E sponsioni ad hanc quæstionem inservit regula, Regula Tempore nominatur Temporalitas: & monet ad hanc *poralitatem*. quæstionem respondendum esse vocabulis tempus significantibus, vel expresse, vel consequenter.

Expressè, vel integrum nominando; ut, semper, perpetuò, ab æterno, in æternum: vel partem, ut annū, æstatem, hyemem, hotam.

Consequenter, quod ex jam nominatis circumstantiis intelligitur: ut, hoc accidit sub Rege Alexandro Magno. E. g.

Quando est Christus passus? Resp. semper, toto vitæ suæ curriculo. Quando sunt vindemiæ? Resp. Tempore autumni. Quando Christus natus? Tempore Augusti, cùm censeretur totus orbis.

At notabis hic discrimina temporis: quod vocabula alia sint praesentis, ut, hodie, nunc: alia præteriti: ut heri, dudum, pridem: alia futuri temporis, ut, cras, perrendie &c.

Huc pertinent etiam vocabula seu adverbia communia diversorum temporum, ut quandoque, aliquando, olim.

CAPUT XVIII.

De Quæstione 8. Ubi, I.

R Egula hujus quæstionis responsioni accommodata est localitas, quæ monet, pro terminis responsionis

CLAVIS ARTIS LULLIANÆ

70 sionis uti nos oportere designationi loci, vel subjecti, in quæ res est, de quâ instituta quæstio percontatur.

Et vel loca, sive subjecta omnia simul colligata proferuntur voce adverbiali, ubique, & similibus: vel unum quoddam, quod est vel necessarium & ex lege veritatis perpetuâ licitum, vel imperatum: ut, si quaeratur, ubi sit Christus? Resp. Personaliter non est definitus loco, sed est ubique: naturaliter autem, corpore nempe suo, est finitus & circumscriptus. Vulgo dicunt. Deus est in loco repletivè, Angelus definitivè, corpus circumscripтивè.

CAPUT XIX.

De questione 9. Quomodo, K.

Quemadmodum duplex est hujus questionis sensus: ita duplex quoque est regula, juxta quam responsiones formantur.

Regula Modalitatis. Prior vocatur *Modalitas*, quæ ostendit ordinem, & partes ordinis esse explicandas, quando de actionibus seu modis agendi quæstio existit. Quæritur enim in eâ, quid primo, quid secundo loco &c, quid conjunctum, & quid seorsim factum sit, & respondetur per gerundium. Hæc autem scimus vel per experientiam, quæ nos actioni interfuisse requirit, vel per institutionem, quæ sit aut vivâ voce, aut scripto. E. g. Quomodo recte tractari potest in Theologiâ locus communis de Sacra Coena? Resp. Experienciam edociti homines qui habent *ad hanc missam p[ro]p[ter]e debent & possunt, 1. docere, cùm quid scire de sacrâ illâ synaxi alii debeant, tūm quid alios facere oporteat. 2. Doctrinam repetere, s[ecundu]m inculcare, admonere publicè & privatim. Deinde ita doceri possunt, quemadmodum vivâ voce docuit Ursinus suos discipulos. 1. Ordine singula propendo, explicando, tradendo. 2. Errores refutando. Deniq[ue] doceri possunt ex scriptis Paulinis; qui. 1. Docuit. 2. Redarguit, 3. Consolatus est, 4. Correxit*

LIBER PRIMUS.

71

& instituit. Addamus & hoc exemplum: Quomodo Deus creavit mundum? Responsio petenda est ex analysi cap. 1. Gen. Respondendum igitur est juxta ordinem dierum à Prophetâ annotatum.

Hæc de modalitate, quæ si rebus competit, ad quæstionem Quare pertinet.

Regula instrumentalis. Sequitur de *instrumentalitate* quæ est posterior responsionis regula ad quæstionem, Quomodo? Monet autem in responsis fieri debere mentionem instrumentorum & actionum, quæ in actionibus ad quippiam efficiendum adhibentur. Cæterum eorum inventionem exhibet circulus I. videlicet instrumentorum vel prædicabilium accidentialium: ut, si quaeratur, quomodo fiat exercitus? Respondeatur ex quantitate, videlicet per multitudinem & coactum militum numerum. Ex qualitate, per virtutem, & sapientiam, heroicumque animum principis, seu ducis. Item, si quaeratur, quomodo justificemur coram Deo? qualitatis species percurrente, nos fide coram Deo justos censeri affirmabimus, quatenus fides consideratur in prædicamento relationis. Ethic nota supereft de relationibus: quod iis substantives substantiae, quatenus peculiare ab usua singulari nomen accipiunt: ut sunt, culter, acus, malleus, & alia instrumenta artis mechanicæ.

Hucusque explicatus est circulus quæstionum sive regularum: ubi scias velim, me pleraque mutuatum esse è manuscripto Anonymi cuiusdam, mutatis tamē mutandis. Cæterum Philippistæ (quos vocant) in methodo didascalicâ aliam quæstionum seriem obseruant, sicut videre est è compendio Theologico Heerbrandi, & Topicis Theologicis Hyperij. Illi enim quærunt, 1. an sit. 2. quid sit. 3. quodplex sit. 4. quænam sint rei causæ, 5. quæ effecta. 6. quæ cognata & connexa. 7. quæ contraria, &c. Sunt & alij. qui circumstantias solent exquirere, prout in hoc verlu commemorantur.

Quæ-

Methodus didascalica per quæstiones.

circumstan- *Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando?*
... s accu- Secundūm hasce siquidem circumstantias omnia ex-
... & obser- aminanda sunt, ut eō pleniū & circūspectiū de quo-
furio est per- libet negotio judicemus. Dicuntur autem *reisuræ*,
uiles. *circumstantiæ*, quòd humanas actiones circumstent, &
 quasi extrinsecus ad earum essentiam se habeant. Qui-
 dam recensent decem, ut sunt: *agens*, *quod agitur*, *in*
quod agens agit, *quo instrumento*, *quomodo*, *ob quem fi-*
nem, *quando*, *ubi*, *coram quo*, *quam diu*. Præcipuæ sunt,
ob quem finem, & *in quod agitur*. Illæ circumstan-
 tiæ evidenter augent malitiam, vel bonitatem, elegan-
 tiæ aut deformitatem actionum. Itaque quoties
 stat sententia differere de bello, aliove factō, hasce cir-
 cumstantias probè ut observes autor sum.

CAPUT XX.

De instrumentis dispositionis.

Transitiō
perfetta. **H**ucusq; quum de instrumentis inveniendi differue-
 rimus, ea, quæ disponendi dicuntur, subsequā fuc-
 rint. Illa enim primæ mentis operationi, quæ est sim-
 plex: hæc secundæ, itemque tertiæ, quæ utraq; com-
 plexa est, respondet. Zab. I. 2. de nat. log. c. 3. *In-*
strumentum dispositionis est altera officina Logica pars, de
disponendis argumentis. Hoc enim instrumento arti-
 fex inventam & subjectam materiam præparat ac dis-
 ponit ad opus, quod in acquisitione & communicatio-
 ne scientiæ consistit. Est igitur opus intellectus ac ra-
 tionis humanae ad hoc inventum, ut ex tribus illis.
πονηστική, ηγετική, διανοητική, exurgat *ἰδεαμονία*, quæ scire
 faciat, demonstratio.

Disponendi instrumentum est, vel Noëticum, vel Dia-
noëticum.

Per noëticum fit declaratio, per dianoëticum pro-
 batio.

Noëticum est, quo thema simplex cum arguento ita
disponimus, ut in eorum dispositione appareat veritas.

Hujus

Hujus enim instrumenti finis proximus & adæquatus
 est veritas, quæ consistit in compositione & divisio-
 ne.

CAPUT XXI.

De Propositione.

NOëticum disponendi instrumentum dicitur Propo- *Propositio est*
sitio, aliâ enuntiatum, effatum, axioma: Cicero- *primum in-*
strumentum, Apulejo, Ramo. *disponendi.*

Propositio est instrumentum dispositionis Logice, per *Componere*
quod scientia formatur compositione & divisione. In se est affirmata-
 autem considerata est connexio ejus de quo quæritur, *re: dividere*
cum eo, quod respondetur. *v. negare.*

Hæc est cœdiaðitō, mentalis, vel προφορική, prolata;
eaq; vel enunciata, vel scripta.

Hujusmodi propositio est principium, tām cogni-
 tionis, quam de re aliquā habere & debemus & pos-
 sumus, quām argumentationis, à quā cognitionis cer-
 titudo dependet.

Vocatur principium cognitionis, quia omnem sci- *Principium*
 entiarum materiam complectitur: ita ut de eo, qui u- *cognitionis*
 iam propositionem constituit, quòd sciat, affirmari *quid sit?*
 possit. Nominatur etiam res cognita. Et sic genera-
 lissimè propositio consideratur, quòd sit principium
 scientiarum, quo & nos scire ostendimus, & alios sci-
 re facimus.

De propositionibus hæc sunt in genere tenenda.

1. Tot sunt propositiones, quot sunt quæstiones.
2. *Termini cognati affirmando, dissentienti negando*
disponuntur.
3. Tales sunt propositiones, quales sunt termini. *Variis propo-*
sitionum di-
Hinc propositio dividitur. *visions.*
4. In univocam, æquivocam, denominativam.
5. In necessariam & contingentem.
6. In simplicem, compostam, modalem. Modus
verò est, vel nomen, sub quo gerundia & participia fi-
jan! *F* *maul*

74 CLAVIS ARTIS LULLIANÆ

mul intelliguntur, vel adverbium.

4. In veram & falsam.

5. In propriam, impropriam, & inusitatam.

Harum definitiones petere licet à D. Keckermanno & Molinæo.

Duae sunt
partes cuiuslibet proposi-
tionis.

IV. Partes propositionum sunt duæ, id de quo loquimur, & id quod loquimur. Prior pars subjectum vulgo vocatur ab Aristoteleis, à Grammaticis suppositum, à Raméis pars antecedens: posterior pars vocatur prædicatum, appositorum, adjectum, attributum, à Raméis pars consequens.

Propositio
que, qualis,
quanta?

V. Ex quantitate subjectorum cognoscuntur propositiones, quæ sunt, an universales, vel particulares, an indefinitæ, v. l. singulares.

CAPUT XXII.

De Syllogismo.

Hactenus de Instrumento disponendi Noëtico seu Axiomatico, sequitur jam Dianoëticum. Dianoëticum est, quo unum axioma ex alio elicimus. Confer Scal. ex. 307, sect. 2.

Syllogismus
est secundum
instrumentum dispo-
nendi.

Dianoëticum, veles syllogismus, vel methodus. Syllogismus est instrumentum disponendi dianoëticum, quo thema compositum cum argumento tertio ita disponitur, ut posito antecedente, necessario concludatur: alias dicitur argumentatio, cuius principium est propositio. Argumentatio enim est concursus propositionum, in quo una ex alterâ nascitur, per & propter legitimam dispositionis formam. Ab aliis definitur oratio, in quâ conclusio aliqua confirmatur aut refutatur, per alias notiores propositiones.

Quæ per illam ab Aristotelicis & Raméis annotantur de speciebus argumentationis, de figuris, de figurarum modis, de generalibus & specialibus regulis, huc pertinent. Nam isti philosophi de hoc genere instrumenti logici perspicue & plenè tradiderunt.

Duo

LIBER PRIMUS.

75

Duo velim hic velut in transcurso notari.

I. In Syllogismo tres tantum termini requiruntur,

II. Falsam cùm propositionem tūm argumentationem non dicimus esse Instrumenta Logica Dialectici, sed Sophistæ. Fit autem illarum hic mentio, ut vera instrumenta scientiæ à falsis discernantur. Qui enim mediis contrariis utitur, etiam effectum parit contrarium. Sic qui per falsam argumentationem docere scientiam vult, non docet scire, sed nescire. Deinde palam constat officium veritatis (ut ita loquar) esse, non solum ipsum falsum, sed etiam principia & instrumenta falsi tollere. Nam sicut mendacium sui ipsius est destructio: ita veritatis comes individuus est victoria, & sui conservatio.

CAPUT XXIII.

De Methodo.

A Literum disponendi instrumentum dianoëticum est METODUS.

Methodus est instrumentum dianoëticum, quo unum vel plura axiomata ex alio, sine vi syllogistica colliguntur, ad rerum cognitionem in suo genere perfectam adipiscendam.

Itaque in omnib. axiomatibus ordinatis est aliquod prius & posterius. Ordo enim omnis in priori & posteriore veluti forma & essentiâ consistit. Fonseca, 5. Metaph. c. 1. q. 3. l. 3. Atque ut in axiome veritas & falsitas, in Syllogismo consequentia & incōsequentiæ, in methodo ordo & confusio judicatur. Hujus modus est canon, ut nempe à generalissimis per subalterna ad sp̄cialissima procedat. Generalia autem sunt, quæ sine sequentibus intelligi possunt, & sine quibus sequentia intelligi non possunt. Sic in Grammatice doctrina de literis est omnia generalissima, quia illi à sequentibus lux non infertur, ipsa autem sequentibus lucem infert.

F 2

tà Astrologia, Geographia, Physica, quibus adde sa- *Quedam ar-*
pientiam illam arcanam, Theologiam, quæ omnino *tes præcipiūt*
de singularibus præcipere necesse habent. Et dici po- *de singulare-*
test, quod illa singularia, ut sunt Sol, Christus, Deus,
sunt instar generis, quum nullas cognatas species ha-
beant. Axioma igitur τ *παντες* non modò hoc fuerit,
Cygnus est albus, sed etiam istud, Deus est ens inde-
pendens &c. Nam hoc prædicatum est verum de suo
subjecto, semper & ubi vis. Quare axiomata, quod nō
judicatur τ *παντες*, erit vel τ *μη παντες, de nullo*, ut homo
est asinus, vel τ *μητερες* secundum partem verum est, ut
aliquid alicubi & aliás sit, alicubi & aliás non sit, ut ho-
mo est doctus.

Altera lex axiomatica est καὶ αὐτὸς per se, i.e. essentia-
litas: cui opponitur οὐ μηίστις, per accidens. Hec i-
gitur vult, ut partes, antecedens, & consequens, inter se *Secunda lex*
sint essentiales, vel absolute & constitutione, ut forma est *axiomatica*
essentialis formato, genus speciei: vel modo quodam,
seu comitacione, ut adjunctum proprium subjecti est
essentialie. Prior modus est οὐσιώδης, posterior iσχοσιώδης
ut, homo est animal, homo est γέλασις. Nam propria
nō sunt ευεγκάθησις οὐρας, sed aliquid παραπόρο τῆς φύσεως.

Tertia lex est καὶ ἔλου πρᾶπεν, quæ flagitat ut termini
sint cōvertibiles. Hujus legis character est vocula QUA- *Tertia lex an-*
TENUS, quæ est specificativa, ut loquitur Aquarius, *xiomatica*
sive utrait Scotus, reduplicativa: ut, animal, quatenus. καὶ ἔλου
animal sentit. Hæc autem reduplicatio, seu specifica- *πρέστος.*
tio ostendit reciprocationem esse posse, ut omne ani-
mal sentit & omne sentiens est animal. Athomo non
sentit, quatenus est homo, sed quatenus animal. Nam
sensus prius in est animali, ut generi, atq; ita velut cau-
sæ: homini, ut speciei, atque ita velut effecto. Nam
sa sum est si dicas, omne sentiens est homo.

Ecce igitur sapientiam singularem in tribus hisce le- *Leges hec ab Ari-*
gibus: quarum prima requirit veritatem illimitatam, *reab Ari-*
*secunda inseparabilem, tertiæ reciprocam: illa aliás di-*stotele tradi-**

76 CLAVIS ARTIS LULLIANÆ

Dua sunt species Methodi. Est enim vel Syn-
thesistica, vel Analytica.

Utraque est Methodus: quia utraque consistit in priori & posteriori, quæ ordinis essentiam in genere constituunt.

Ordo resolutivus seu Analyticus à fine ad media pro-
cedit: cōpositivus à mediis ad finis adeptione progrederetur.

Hic à prima origine arcessam doctrinam de legib⁹

Leyes informandarum disciplinarum.

Lege mandarum disciplinarum sunt sex. Quoniam disciplinarum præcepta & vera necessa-
riò & justo ordine, utalia ex aliis connexa hæreant, esse
oportet disposita, duplicitibus ad eas tūm componendas,
tūm judicandas opus esse legibus appetit: videlicet, aliis,
ad quas præcepta singula examinentur, & aliis, ad quas
exigatur ipsenexus & coherentia. Illas axiomaticas, bas-
methodicas dicimus.

*Lege axiomaticae sunt, quæ docent, quomodo alicuius pro-
positionis prædicatum ad subjectum, seu pars consequens
ad antecedentem debeat esse affecta.*

*Earum sunt tres, lex τ *παντες καὶ οὐτε παντες*.*

Prima lex axiomatica est καὶ παντες. Lex τ *παντες* vult, ut prædicatum verum sit de omni
antecedente, loco & tempore: τ *παντες*, scilicet *παντεπι-
τον, παντον, καὶ χειρον.* Hoc vulgo dicunt absolvi ab omni
Nunc & Tunc, hic & isthic. Id autem est τ *παντες*, quod
verum est, non falsum, si quidem necessariò, non autē
fortuitò verum sit, & affirmatum non negatum. Nam
veritatis certa notitia ut imbuamur per artes queritur,
à qua falsitas penitus abludit: & contingentia, quā idē
aliás verum, aliás falsum esse deprehenditur, falsitati
affinitis est, quum nil certæ veritatis habeat. Negatio
autem, quæ pura quidem sit negatio, non docet verita-
tem, sed dedocet errorem. Et affirmatio est principiis
vicinior, quam negatio, quippe quum hæc non nisi
per illam cognoscatur. Affirmatio enim est mensura
negationis. Quare τ *παντες* etiam aliquid esse potest,
negationis. Sunt enim quædam artes pur-

*Contingen-
tia est affinitis
falsitatis.*

*Affirmatio
est mensura
negationis.* Sunt enim quædam artes pur-

tæ

citur lex veritatis, ista justitiae, haec sapientiae. vide Arist. l. i. post. Anal. cap. 4.

Hæ sunt leges axiomatice: methodice sunt, quibus
etiam tres, collocatio præceptorum variorum gubernatur. Harum
etiam tres sunt:

*Prima est lex homogeniæ, quæ flagitat, ut in quâvis di-
sciplina ea tantum ponantur quæ ad proprium ejus finem
tendunt, & ad definitionem ejusdem faciunt. Quod igitur
unâ in arte est homogeneum, in altera est heteroge-
neum, non quidem, quoad rem consideratâ, sed quoad
modum considerationis. Sic doctrina de Syllabâ est
homogena in Grammatica, quia conducit ad benè lo-
quendum, sed heterogena in logicis, quia non est in-
strumentum, quod facit ad benè differendum.*

*Alteralex methodica est lex coordinationis, que vult
ut generalissima primo, subalterna medio, specialissima
infimo loco ponantur, hoc est, ut pro naturæ sive clarita-
te præcepta proponantur. Et hoc est, quod Arist. ait:
Necessæ est universalia prius dicere, aut ταῦτα λέγειν, id
est, idem saepius dicere. Id autem dic alio generalius
esse, seu naturâ prius, quo sublato tolluntur cætera,
sed posito, non illico ponuntur cætera, seu quod sine
aliis intelligi & definiri potest, & sine quo sequentia
definiri & intelligi nequeunt. Naturâ prius est, ait Da-
masenus cap. 13. Dial. quod tollit alterum, & non tol-
litur ab eo. Ita si sustuleris animal, non erit homo, at
non contrâ, sublato homine tollitur animal. Nam etiâ
hominem nondum factum animal erat. Hæc igitur lex est
antecollisionis & consecutionis.*

*Tertia est lex colligationis, que vult, ut partes, si lon-
gior inter eas intersit explicatio, transitionum vinculis
convinciantur. Transitionea est perfecta, vel imperfecta.
Hæc legi opponitur cōtinuata sine respiratione & in-
tersiliis procursatio, quâ lector aut auditor fatigatur.*

Has leges in omnibus disciplinis, tam theoreticis,
quam practicis, in methodo Syntheticâ & Analyticâ
coſervandas esse illatumus,

LIBER II. LOGICES DE USU INSTRUMEN- TORUM.

CAPUT I.

De Praxi Logica.



Dhuc prima Dialecticæ artis pars fut̄
in explicatione instrumentorum: sequitur
altera, quæ est de Logicorum instrumen-
torum his. Hic igitur docetur, quomo-
do Dialectica instrumenta sint usurpa-
da, ut per ea nobis acquiramus, & alijs tradamus ve-
ram ac solidam de omni scibili scientiam.

Hanc partem non ineptè vocaveris Gymnasium Logi- Parisense
cum. Logica theoria in primo libro sat abundè decla- da Logices
rata: ejusdem praxis hic enucleatè proponenda, sine discitur Ogy-
quâ theoria est mortua. Alij malunt appellare mnasium.
Logica enim non est ars μεταλλεύσις, sed ταῦτα λέγειν. Doctri- Differentia
nam igitur Logicam continenter debet excipere Ex- inter μετα-
excitatio. Has enim duas designavit Anaxagoras, cum ταῦτα λέγειν.
oculos & manus dixit matres sapientiae,

CAPUT II.

De usu Logico, quid & quotuplex sit.

U quis sit
sus Logicus est actio rationis, vel potius hominis usus Logicus
ratione utentis, qui circa instrumenta Logica ver-
satur certâ legi a ratione, ad efficiendam in nobis & alijs
scientiam instituta. Ad actionem vero illam duo re-
quiruntur; Cognitio præceptorum, quæ modum ac
rationem a gendi tradant, & secundum illa præcepta
ordinata & tacta institutio atque executio. Etenim

Quid me scire juvat, si non conceditur nūs?

De illâ parte in hoc secundo libro agemus: hanc in-
dustriæ præceptorum & discipulorum industria re-

30 CLAVIS ARTIS LULLIANÆ
linquemus, quorū est manū admovere aratro, & se
exercere declamando, disputando, resolvendo &c.

Tria usus re- Hoc igitur in libro agimus de usu, qui est altera pars
quisitum. artis, quā efficitur scientia. Hunc ad usum tria hæc con-
currunt, usurpans, usurpatum, & modus utendi. Priora duo habent rationem materiæ; postremum verò
formam notat.

Vicini. Utens est hominoratione præditus; isq; vel publicus, vel
privatus,

Publicus est, qui aliis scientiam, quam ipse habet, de-
cendo communicat, ideoque Doctor appellatur.

Adhibetur, vel ut sacra tractet, vel profana, vel po-
litica & humana. Uſus igitur h̄ic consideratur in Ec-
clesiis, Scholis, Foro,

Privatus est studiosus indagator earum rerum quæ la-
tent, per usurpationem instrumentorum. Hic eum in fi-
nem id facit, ut propriā sibi acquirat scientiam, quam
progressu temporis aliis tradat.

Uſurpatum. Ea autem, quæ adhibet utens, sunt instrumenta, ad ef-
ficiendam scientiam, certo ordine disposita & collocata..

Modus uten- di. Modus utendi est certa certum quoddam efficiendi per
instrumenta regula,

Praxis Logi- ca est du- plex. Hic modus est, vel Syntheticus, vel Analyticus. Pra-
xis igitur Logica est Synthesis vel Analysis.

CAPUT III.

Synthesi- ſeu genesis
est prima
species exer- citationis
Logice. *Synthesi* est rei tractatio, quæ alias dicitur genesis, quā
opus quoddam proprio Marte contextimus; *Analysis*
est rei tractatæ recognitio, quā aliorum opus reteximus, &
resolvimus, non dissolvimus. Planiū de Synthesi sic ha-
bita. Modus utendi Syntheticus est certa instrumentorum
altera spe- Logicorum dispositio, cuius effectum est opus, certa arte à
nobis & propriā industria constructum.

Estq; duplex, simplex, seu instrumentorum simpliciū,
& conjunctus, compositorum.

Simplex

LIBER SECUNDUS.

81

Simplex Synthesis est, quā propositio invenitur, inventa
defenditur, defensa multiplicatur. Unde propter di-
versa opera hic modus secatur in tres partes sive spe-
cies, in propositionis constitutionem, defensionem,
& multiplicationem,

CAPUT IIII.

De Modo Synthetico simplici in constitu-
dis propositionibus.

Propositio C Onstitutio propositionum est Syntheticus usus cir- que consta-
culorum, ad quem sequitur Propositio. enda.

Partes constitutionis sunt inventio terminorum, & in-
ventorum copulatio.

Inventio terminorum alia est subjectorum, alia predi-
catorum quæ de subjectis dicuntur.

Inventio subjectorum alia est simplicium, alia compo-
sitorum,

Inventio Inventio Simplicium est discursus per priores duos cir-
culos S & I: In quibus varia proponuntur genera, subiectorum.
quæ subiectum, de quo scientiam acquiras, ostendunt:
in quibus etiam libera datur optio & electio.

Inventio compositorum est discursus per circulos A,
& T, cum quodam termino ex circulis S & I pri-
mò, ac deinde cum aliò ex ejusdem A & T desumto,
qui effertur in casu genitivo: ut Dei bonitas, æternitas
infinitas S. A. bb, S. A. bd, S. A. bc. Item, Dei vel di-
vinae bonitatis magnitudo, cognitio, desideriū SAbbC.
SAbbF. SAbbG. Item, scientiæ bonitas, necessitas, uti-
litas, appetitus, veritas, perfectio, AfB. fb. fg. fi,
fk,

Inventio Inventio predicatorum est discursus per circulum Q. prædicato-
rum, cum subiecto, de quo quipiam scire desideramus. rum.

Altera pars, nimirum copulatio seu conjunctio inven- Cepulatio-
torum est cum subiecto ejus quod respondet, connexio. terminorum...
Ex hinc pullulat propositio. Ea efficitur intermissa &
ablati & saltē quæstionis formā: ut si queratur, quid
est

est Deus? Resp. Deus est Spiritus. Removeatur formula quæstionis, quid est, residuumque quæstionis addatur terminis responsionis, exurget talis propositio: Deus est Spiritus.

CAPUT V.

De Defensione Inventarum propositionum.

Defensio pro
positionis
quis fiat.

Duae sunt
defensionis
partes.

Confirmatio.

Argumenta
cum quæstio-
nibus sunt
disponenda.

Tria sunt
demonstra-
tionis requiri-
ta.

Modus syntheticus simplex in defensione propositionum inventarum sequitur.

Defensio est recta verum à falso discernendi ratio. Ratio verò ista consistit in confirmatione veri, & infirmatione, sive confutatione falsi. Duæ igitur sunt partes defensionis. Non enim defendimus propositionem, quando duntaxat firmis rationibus & argumentis astruimus; verum etiam errorem & falsitatem monstramus in contrariis. Itaque philosophus habebit in promptu arma & cetera dñe, illa sunt offensionis, hæc defensionis.

Confirmatio est pars defensionis prima, que causam veritatis in propositionibus continet ac demonstrat.

Ad confirmationem verò duo requiruntur, videlicet id, quod confirmatur (propositio dicitur) & usus, seu collatio & dispositio argumenti, quâ efficitur, ut veritas propositionis sit demonstrata. Hinc liquet confirmationem nil esse aliud, quam syllogismum Demonstrativum, qui dicitur Αποδειπνηστικός.

Syllogismus verò est ejus, per quod veritas demonstrari debet, cum singulis propositionis confirmandæ partibus, legitima & in mente hominis conformata connectio talis, ut ex ea & ipsa propositio, & propositionis certitudo sequatur.

Requisita demonstrationis sunt tria.

1. θεωρήμα, subiectum genus, scilicet, sic vocatur primum propositionis membrum,

2. τέλος τοῦ συμπλέγματος, διάνυσσος.
3. ἀρχὴ διανύσσου.

Hic autem est eadem inventionis ratio, quæ de praedictis inveniendis tradita fuit. Fit enim discursus cū alterutro termino propositionis per circulum Q: compositos terminos priùs resolvendo, & simplices componendo & augendo, quod fit si adjungatur terminis circulorum: ut si demonstranda sit hæc propositio, virtutem esse principium agendi: post primum discursum per circulum Q. augeo subiectum, & probo ex necessitate & utilitate, & in ipsum eodem modo discurrendo. De refutatione paulò post fusiùs agam.

CAPUT VI.

De Multiplicatione propositionum.

Supereft multiplicatio propositionum. Multiplicatio propositionum qui est opus rationis, quo angetur scientia.

Modus multiplicandi est duplex: unus per questionū fit. Fit bifariam primus modus.

formas fit: alter deductione efficitur.

Prior modus jam est διαλυμαφανεστέρος.

De deductione prolixius dicere nostra refert. De Secundus

ductio est facultas quædam plura concludendi eo, modus.

| Collatione cum aliis artibus ut peruis- deatur eius. | Arte: qua dirigit. |
| Differentia ab iis- dens: quod | Vñs: qui perficit. |
| Nominis ubi ex- pendenda | Theoretica. |
| Definitio- ne: qua est | Practica. |
| Rei ubi confid. | Sed nūnqñ Instru- mentorum differēndis. |
| Obiectum Logica | Paronymia: dicta dñs λόγος. |
| Genus | Synonymia: dicuntur rationalis et instrumentum instrumenta- rum. |
| Ratio formalis obiecti; tradere modum sciendi | Homonymia: ἐρδιάθετος λόγος est |
| Finis | Non est Scientia. |
| | Sed ars: quia eius finis opus. |
| | Docentis: notiones se- cundalogica. |
| | Videntio- Ens, |
| | mne scii- { |
| | bile Non Ens. |
| | Ratio formalis obiecti; tradere modum sciendi |
| | Remotior: discernere verum à falso. |
| | Remotus: b. a. disserere. |
| | Proximus: dirigeremā- tis operationes. |

Ex his Zabarella elicit talēm definitionem: *Logica est habitus intellectualis instrumentalis, à philosophis ex philosophia habitu genita, quæ secundas notiones in conceptibus rerum singit, & fabricat, ut sint instrumenta, quibus in omnire verum cognoscatur, & à falso discernantur.* lib. I. de nat. logic. cap. 20.

CLAVIS ARTIS LUILLIANA

III. Tabula ad Cap. II. Lib. I.

| | |
|--|--|
| Veteri: Adam, Moses, Solomon, &c. | |
| Sacri in Testamento | Novo: Christus, apostoli, in quibus nominatur est Paulus. |
| | Hodie Cabballista si modo illi sunt sacri. |
| | Chaldei |
| Oriente | A Egypciis: Sacerdotes Heliopolitanis, Magi Persarum. Gymnosophista Indorum. |
| | In Gallia Druides. |
| | Veteres Poetae, Linus, Orpheus &c. |
| Occidente | Italica, à Pythagora. |
| Profani in | VII. Sapientes corumq; discipuli a quibus ortae Schola & secta |
| | Ionica à Thalete Milefio; qua post Socratem divisa est |
| | Academiam Platonis quam excoluit |
| | Olim Cicero. |
| | Non ita pridem Ramus. |
| | Peripateticam Attilotiss. |
| | Socraticam Zenon. |
| Instrumentorum differendi vide Tab. VI. | |

IV. TA

IV. Tabula ad Cap. III. Lib. I.

| | | | |
|---|--|--|--|
| Peripateticis aristotelis quam excollerunt Scholastici: quorum triplex erant etas | Thomas Aquinas Media ab Alberto M. ad Durad. in qua florarentissimi fuere | Thomas Aquinas Iohannes Dicetus Scotus | Thomistis. qui non minime dedere Occam. |
| | | | Occam. |
| | | | Occam. |
| | | | Lupetus, Larvineta, Henricus Cornel, Agrippa. |
| | | | Paulus Schalichius, alias Principe de la Scala & Hus. |
| | | | Iordanus Brunus No'annus, Zuccolus Patavinus, Petrus Gregorius, Valerus de Valeris Patritius Venetus |
| | | | Audomarus Talem, Iohannes Piscator, Rodolph, Goclenius, Heiz Buscherus, Casmannus. |
| | | | Frid. Beurhusius, Tempellus, Donatus, Sluterus. |

V. TAB.

V. Tabula ad Cap. IV. Lib. I.

| | | |
|--|---|--|
| <i>Catena sententiarum sunt de-</i> <i>Autoribus Logicis</i> <i>Favoribus Logicis</i> <i>Ramæa Interpretes sunt</i> | <i>Aristotele: in cuius lectione disinguere debemus inter</i> | <i>Præcepta Commentaria.</i> |
| | <i>Lullio qui requirit lettorem</i> | <i>Pollentem memoriam naturali mediocri.</i> <i>Callentem principia Mathematica.</i> |
| | <i>Ramæius Phi-losophiam comprehendunt.</i> | <i>Præceptorum principias</i> <i>Exemplorum claritas.</i> |
| | <i>Aristotelis- ca Inter- pretes sunt</i> | <i>Textuales: qui non sunt legendi tyronibus.</i> <i>Methodicae et dogmatici, qui optimi.</i> |
| | <i>Lulliana qui artem</i> | <i>Illustrarunt.</i> <i>Novis inventis obscurarunt</i> |
| | <i>Ramæa Interpretes sunt vel</i> | <i>Puriputti Ramæi, iijq; natusculi et Antiperspectivici.</i> <i>Mixti et Harmonici, id est, Aristotelico-Ramæi, Viri Optimi.</i> |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |

VI. Tabu-

VI. Tabula ad Cap. V. Lib. I.

| | | | |
|---|--|---|--|
| <i>Theoria</i> <i>et divisionis subs labor est simplex.</i> <i>Hac instrumenta lia sunt</i> | <i>Inven-</i> <i>tionis</i> <i>subs la-</i> <i>bore est</i> <i>sim-</i> <i>plex</i> <i>est qd;</i> | <i>Thema</i> <i>Coniunctum</i> | <i>utrumque per-</i> <i>tur è Circu-</i> <i>lis de quib;</i> <i>tab.</i> <i>VII.</i> |
| | <i>Secundo Logica dividitur in instrumentorum: quorū conseruantur</i> | <i>Declaratio-</i> <i>nis</i> | <i>Argumen-</i> <i>tum</i> |
| | | | <i>Demonstra-</i> <i>tionis</i> |
| | | | <i>Noeticum seu Axiomaticum: ubi labora- plex</i> |
| | | <i>Dispositio-</i> <i>nis instru-</i> <i>mensum</i> | <i>Syllogisticum: ubi labor triplex.</i> |
| | | | <i>Diano-</i> <i>epicum</i> |
| | | | <i>Methodicum: ubi labor multiplex.</i> |
| | | | <i>Praxis et Ysus, in Libro II. Logicos.</i> |
| | | | <i>VII. Ta-</i> <i>I</i> |
| | | | |

VII. Tabula ad cap. VI. VII. VIII. &
usq; ad XX. Lib. I.

| | | |
|--|-----------------------------------|--|
| Simplices numero quatuor: quorum libi sunt re ceptacula | Subie ctorum. cap. 7. | Primus maior continens: quis est domi ciliū i X. subiectorum siue substan tiarum, cuius character est. S. |
| | | Secundus minor co tentus qui est re ceptaculum Acci dentialium cuius ra dix siue character est geminus. Nam Accidentia hac considerantur |
| Prædicatorum cap. 8. | | Naturaliter iu circulo I. |
| | | Moraliter in circu lo VV. qui est domi ciliū |
| Figura IV. | Regula Responsum: cap. 10. | Virtu tum. |
| | | Vitio rum. |
| Compo sitis: ut est | Circuli sunt, cap. 6. | Absolutorum: cuius Index est A. Respectivorum: cuius nota est T. |
| | | Circulus questionū cuius cha racter est Q. cap. 9, in quibus consid. |
| Ipse questio nes ut sunt | Ipsa questio nes ut sunt | 1. Vtrum? cap. 11. B. 2. Quid? cap. 12. C. 3. De quo? cap. 13. D. 4. Quare? cap. 14. E. 5. Quantum? cap. 15. F. 6. Quale? cap. 16. G. 7. Quando? cap. 17. H. 8. Vbi? cap. 18. I. 9. { Quemodo? Cum quo? } c. 19. K. |
| | | |

VIII. TA-

VIII. Tabula ad Cap. XX. XXI. XXII.
XXIII. Lib. I.

| | | |
|--|--------|---|
| Infrumentum diffundendis, cap. 25. | Partes | Subiectum. Copula. Prædicatum. |
| | | Noeticum cap. 21. dicitur Propositio cuius con fid. |
| Dissertatio: cap. 26. | Partes | Commones us fessiones |
| | | 1 { Veritas. Affirmatio. 2 { Necesitat. Contingentia. |
| Species est. | | Categorica, simplex. Hypothetica, composita. |
| | | Syllogis mus cap. 22. cuius confid. |
| Species est | Partes | Præmissa due Conclusio. |
| | | Categoricus: ubi confid. Ri gura et modi figurarum, Hypotheticus. |
| Methodus cap. 23. ut litteras fid. VI. Leges quantum | Partes | tres Axio matica |
| | | x̄x̄b' āv̄t̄d x̄al̄' ōl̄s m̄ḡt̄r |
| tres Me thodica lex | | Homogenia Coordinatio Colligationis. |
| | | |

I 2

I. Tabula ad Cap. I. II. III. IV. V. VI. VII.
VIII. IX. Lib. II.

Parsecunda Logicae
dicitur
Gymnasium
Logicum;
quod agit
de usu Instrumen-
torum Lo-
gicorum;
Quisquis

Dividitur cap. 2. Triplex non regreditur,

Definitor cap. 1. & initio cap. 2.

I. Viens $\left\{ \begin{array}{l} \text{Publicus in } \left\{ \begin{array}{l} \text{Soli}, \\ \text{fere} \end{array} \right. \\ \text{Privatus.} \end{array} \right\}$

II. Usurpatum Instrumentum quod
adhibetur.

Simplex $\left\{ \begin{array}{l} \text{Inventionem} \\ \text{qui docet nos} \\ \text{ipso} \end{array} \right\}$ propositionis.
cap. 4.

Inventa defen-
sionem c. 5.

Defensarum
multiplicatio-
nem c. 6.

Syntheticus: qui est c. 3.

Composi-
tus qui
docet $\left\{ \begin{array}{l} \text{Alios docere} \\ \text{cap. 7.} \\ \text{Propositiones} \\ \text{componere} \\ \text{cap. 8.} \end{array} \right\}$

Analyticus, cap. 9.

II. Tabu-

II. Tabula ad Cap. X. XI. XII. Lib. II.

I. De explicatione Praeceptorum predicatorum:
quadruplicatur eto prioribus capitibus

Per nos $\left\{ \begin{array}{l} \text{Inveniendo} \\ \text{propositio-} \\ \text{nem} \end{array} \right\}$
Circularis,
qua nobis ac-
quirimus
scientiam

cap.
15.

Inveniam
defendendo
Defensam
multipli-
cando

Per alios
Magistros $\left\{ \begin{array}{l} \text{Vivos} \\ \text{Mortos} \end{array} \right\}$

De appli-
catione
cap. 10.
qua est
duplex:
nampe

Directa, quamcum aliis
communicamus non
trans scientiam $\left\{ \begin{array}{l} \text{Publicè} \\ \text{Privatum} \end{array} \right\}$
cap. 12.

I;

IDEA

tu constat, ideoq; tribus circulis absolvitur. Et hæc est fœundissimata bula magna mater.

Secundo modo tres sunt artis Lullianæ partes. Prima pars docet invenire terminos simplices, eosq; multiplicare. eiusdem. Logici vocant apprehensionem simplicium: Ramēi Termīni inventionem.

Secunda pars docet inventionem terminorum comple- Termīni xorum h. e. agit de propositionibus. Logici vocant compositionem & divisionem; Ramēi affirmationem & negationem.

Tertia pars complectitur terminorum superiorum tam incomplexorum quam complexorum dispositionem atq; applicationem. Hæc à analoγiā respondet discursui, qui fit per Syllogismum & methodum. Videamus singula.

I. Pars: De terminis simplicibus.

Termini sunt notiones secundæ, sive conceptus genera- Termīni quid sunt? les (dicuntur vocabula τεκτονικά) qui vel subjiciuntur, vel praedicantur, id est, rebus attribuuntur: quibus denique in quāvis re prōpositā uti possumus. Nam terminus est vel nomen vel verbum: quia hæ sunt principales orationis partes, ut Molinæus ait. Iccircò terminus est, qui tūm de aliquo, tūm de quo aliquid, more Dialectico, quoquo modo dicitur: ac proinde est pars propositionis. Dicitur autem aliquid de aliquo explicitè, abstractè, concretè, simpliciter, mixtim, mutuò, diversim, transversim (sunt vocabula artistarum) continuando, descendendo, ascendendo, & alterum cum altero communicando: ut, homo est animal. Hujus propositionis termini expliciti sunt homo & animal: implicati, Petrus, Paulus, Aristoteles, item sentire, imaginari, leo, ursus. Terminii abstracti sunt justitia, temperantia, fortitudo: concreti, justus, temperans, fortis: termini simpliciter dicti, ut esse, vivere, sentire, imaginari, intelligere. Hac enim est scala naturæ, qua quinq; habet ramificationes. Scals naturæ.

126 IDEA BREVISSIMA AR- TIS LVLLIANÆ.

Artistarum



Uperpondii loco afferam ἀποτημέσιον καὶ σωματολογίαν artificii Lulliani, eamq; ru- di ac pingui Minervā digestam, an con- gestam?

Judæi Itali inventionem artis Lullianæ Solomoni adscribunt: & nonnisi divino instinctu: & afflato ad Lullium jure quasi postliminii tediisse colligunt sapientes. Ast hoc incertum est. Certum verò est Raymundum nostrum hoc ipso artificio succurrere & subvenire voluisse φιλοράσσεις, qui maximo suo malo discunt artem esse longam, vitam brevem, experientiam periculosam. Ingrati igitur fuerimus, si posthabitibus frugibus, quæ jam inventæ sunt, velimus vesci glandibus. Iccircò fruges in agro vel potius horreo Lulliano repositas triturabimus, ut hâc ratione vesci possimus pane philosophiæ albissimo. Hæc enim esca erit vesca rerum magnarum admiratoribus & in- dagatoribus. Dum igitur tibi, lector benivole, qualē qualem manuductionem porrigo, me quæso favoris tui aurā subleva. Quod si feceris, me ad majora hâc ipsa de arte edenda excitabis. Vale & have, atque Lulliani nominis propugnatoribus fave.

Ars Lullii est omnium scientiarum clavigera, conti- nens terminos generalissimos.

Ea dividitur bifariam, putà ratione figurarum, & tri- um mentis operationum, quas dirigit, erigit, corrigit.

Primum modo tota ars consistit in quatuor figuris, ac no- vem subiectis.

Subiecta sunt, quæ habentur in circulo S.

Figura prima A est praedicatorum absolutorum: secun- da T. est praedicatorum r̄speci: uorum: tercia est triginta sex camerarum receptaculum: quarto ex tribus affigna- tis

artistarum
Lulliana.

gradus generales, ad quos totarum universitas reducitur. Conditio istorum graduum est, ut omnis inferior possit esse sine superiori, at non contraria. Omnis enim gradus superior fundatur in inferiori. Iccirco infimus gradus, qui est ratiō esse, est principium radix & fundamentum scalæ, in quo omnes alii gradus sustentantur, ipsū autem à nullo sustentatur, nec in alio fundatur. Vide Agrippam in artem brevem, & Paulum de la scala l. 12. de successibus rerum. Termini mixti, ut arbor, virgo, piscis, planta &c. Termini mutui sive æquipollentes, ut fortis, robustus. Termini diversi & adversi, ut homo & asinus, calidum & frigidum. Termini transversi, ut bonum pro magno. Termini continui, ut virtus, veritas, gloria. Termini ascendentes, ut gloria, veritas, appetitus, cognitio, potestas. Termini descendentes, ut potestas, cognitio, appetitus. Termini communicativi, ut bonū cōmunicatur magno, magnū durabili, durable potenti: unde Sorites genus argumentinascitur. v. g. Homo est animal. Animal est corpus. Corpus est substantia. Ergo homo est substantia. *Omnes isti termini bifariam considerantur, vel ut ex ista arte promanant, vel ut ad artem reducuntur, aut applicantur.*

Termini articuli bifariam considerantur.

Discursus hab. in arte fit per principia & regulas,

Centum forma.

Definitio terminorum.

Eiusmodi terminorum.

Et ita nullus est terminus, qui hāc arte non possit declarari: idq; discurrendo per principia & regulas, tot videlicet modis, quot quālibet illatum diffrens est in ipsis subjectis, servandum tamen singulas singulorum definitiones: id quod de centum formis intelligentum est, quas sufficienter declaravit Lullius, & ex eo Valerius de Valeriis. Nam qui unius termini definitionem intelligit, omnium terminorum definitio- nes habet: ut Bonitas est Ens, ratione cuius Bonum est. Bonum, & Bonum agit bonum. Ita magnitudo est, ratione cuius bonitas, duratio, & omne Ens est magnum, & magnum agit magnum. Itidem duratio est, cuius ratione bonitas & omnia Entia durant. Vel bonitas est

Eos

Ens cui competit bonificare. Magnitudo est Ens cui competit magnificari. Sic homo est cui competit hominificare. Hujuscemodi enim definitiones Raymūdus noster dicit esse maximè ostensivas & essentialias. Atque ita dicit in quovis termino, ipsum, ille, & are, esse *principia essentialia:* ut intellectivum, intelligibile, intelligere, in intelligentia sive angelo: hominificativū, termino, hominificabile, hominificare in homine.

Hæ sunt terminorum definitiones: corundem divisiones sumenda sunt à differentiā subjectorum: ut alia est honestas in Deo, scilicet increata & independens; alia in angelo, nempe creata & incorporeā: alia in cœlo, corporea simplex: alia in homine, mixta & hominificata: alia in imaginativo, imaginificativa. Hæ differentiae appositis verbis exprimi possunt & debent. Atque ad hunc usum figura T. servit, ut primus triangulus sit *Vfis trian-* divisus, secundus definitivus, tertius collectivus. *gura T.* Dividit enim differentia à subjectis sumpta per concordantiam & contrarietatem, cum concordantiam *Trigonum* quam cum aliis subjectis habet, non laedit, & contrarietatem, quā aliis adversatur, non aufert, ut cū dico, animal est rationale vel irrationale, pono differentiam juxta contrarietatem, quam rationale ad irrationale habet, in concordantia, quam in animali foveat. Idem *Trigonum* de definitivo triangulo sentiendum est. Principium enim definit quemlibet terminum per medium propter finem, e. g. homo est animal rationale. Hic animal est principium primitivum, rationale est medium esse- tiale, cuius finis est ratiocinari. Collectivus de- *definitivum.* *Triangulum collectivum.* nique triangulus est, cum majus & minus per æqualitatem colligimus, ut duo & tria per quinque, animal & rationale per hominem. Sicut enim binarius minor est ternario: ita animal rationali: & tamen & hoc colligitur, in homine, & illud in quinario. Sed repleamus ad rem.

Termini hujus artis vel sunt subjecta, vel predicata.

I 5 III.

ARTIS LULLIANÆ

Illa in prima, hec in secunda parte considerantur. Subjecta universalia sunt, quæ orationi subjici & substerni possunt: quæ adumbramus hoc scheme.

| | |
|-----------------|--|
| Primitiva | Deus. Angelus. Calum. Homo. Imaginativa. Sensitiva. Vegetativa. Elementativa. |
| | Naturaliter. Hinc Novem Acciden- tia, ut sunt. |
| | Quantitas. Qualitas. Relatio. Altio. Passio. Habitus. Situs. Tempus. Locus. |
| Subiecta sunt | Deriva- tiva. Nā Instrumē- tativa cō- sideratur |
| | Virtutes novem |
| | Inflacia. Prudentia. Forisitudo. Temperantia. Fides. Spes. Charitas. Patientia. Pietate. |
| Moraliter. Hinc | Vitia No- vem |
| | Invidia. Ira. Inconstantia. Mendacium. Avaritia. Gula. Luxuria. Superbia. Acadia. |

Hæc

IDEA BREVISSIMA.

131

Hæc genera Lullius ita sumit generaliter & taliter, ut nihil unquam dicatur, ubi non subjectum propositionis ex iis sit depromendum. Unde etiam nominat subjecta universalia, quorum primum definitiones sunt cognoscendæ, deinde differentiæ ab invicem, sicut modo præscripsimus, ut postea intelligatur ratio attribuendi in figuris sequentibus. Ita igitur extensis finibus, primum per prædicamenta, deinde per doctrinam virtutum & vitiorum, de quibus ut plurimum est sermo, putavit autor se esse efficisse, ut in quâvis re inventienda, quatenus ea propositionis sit subjectum, memoria habeat, in quo se fundet, sicut itidem in retinendo. Usus adhuc in inveniendo tantum est, post etiam in conjungendo apparet. Hic silentio prætererit non possum, quod Valerius de Valeriis novem hæc subjecta dilatarit, & in quatuordecim arbores diduxerit. Existimavit enim sub quatuordecim istis arboribus contineri omnia Entia. Series arborum hæc est ex mente Valerii, ubi notes velim errorem istius Pontificii, in antepenultima arbore,

Subiecta sunt
vem redu-
bus contineri omnia Entia. Series arborum hæc est ex
mente Valerii, ubi notes velim errorem istius Pontifi-
cii, in antepenultima arbore,

Exsic

| | | | | |
|--|--|---|--|--|
| | | Corruptibile | | Non cognoscens: unde arbor Elementalis I. Esse & vivere de quo arbor vegetalis II. |
| | | Corporale | | Cognoscens: unde arbor Sensualis III. Internus: unde arbor Imaginis IV. |
| | | Incorrputibile : de quo arbor Cœlestialis V. | | |
| | | Spirituale | | Accidens: de quo arbor Moralis VI. Subsistens: de quo arbor Angelicallis VII. |
| | | Corporale et Spirituale | | Esse: de quo arbor Humanalis VIII. Temporale: de quo arbor Imperialis IX. Spirituale: de quo arbor Apostolica X. |
| | | Gnōad | | Finem vel premium bonorum vel malorum operationum: de quo arbor Aeternalis XI. |
| | | Increatum | | Arbor Maternalis de Maria XII. Christianalis: arbor de Christo XIII. |
| | | tantum increatum | | tantum Increatum de quo arbor Divinalis XIV. |

PARS

Pars II. De Propositionibus.

Secunda pars artis Lullianæ docet terminos subjecti & praedicti, complecti, h. e. artificiosè & promptè in quâlibet rememiniſſe, quid possit de subiecto praedicari. Diximus autem subiecta esse instar arborum. Ergo praedicta praedicta erunt radices istarum arborum, quibus positis dicuntur etenascuntur tria: truncus, rami, fructus. Et sane praedita sunt principia universalia, quæ quodlibet entis genus circumdant, & insensibiliter penetrant. Lullius appositè in libro, qui inscribitur Arbor scientiarum, hæc praedictata radicum nomine vocavit. Radices enim dicuntur, quod varia insufficientiarum genera, quæ à centum formis præcipue emanant, per eas ad quascumq; arborum quarumlibet partes dersvantur.

Harum radicum sive praedicatorum sunt octodecim: Radices sive ubi duo pensitanda. 1. Differentia inter priores novem, & posteriores totidem arbores. 2. Ordo inter se sunt numerato 18.

Discrimen hoc est, quod priores novem radices arboribus, earumq; partibus absolutum esse tribuunt, sive, praedicatorum, quia completum & intrinsecum esse denotant. Tribuunt, inquam, esse completum, inchoando ab essentiâ, usq; ad finem seu complementum rei. Largiuntur formam, quæ est συνεκτή τῆς οὐσίας, & proprietates essentiales, quæ sunt aliquid παραπόμπει τῆς φύσεως. Essentia quidem in primo rei momento pensatur, at proprietates essentiales in secundo. Posteriores autem novem respectivum esse largiuntur, h. e. esse secundarium, quod fundatur in esse absoluto, quod contribuunt radices absolute. Esse igitur, quod radices respectivæ clargiuntur, est extrinsecum & incompletum.

Ordo inter has radices est admirabilis. Postquam enim divinus Lullius summâ mentis indagine totâ continentium multitudinem ad novem capita reduxit, quæ dividit, subiecta, vel ad quatuordecim arbores, quæ facilitat ad

mē ad illa subiecta reduci possunt & contra; volens
deinde totam cuiusq; entis naturam explicare, tām in
se & absolute, quām extinsecē & in ordine ad aliud,
octodecim generalissima prædicata constituit, omnia
omnibus serè entibus convenientia: quarū p̄ in ea no-
vem rei naturam & essentiam, & quae necessariō ean-
dem consequuntur, declarant: reliqua vero extinse-
ca quādam & respectiva ostendunt. Non erit igitur
impossibile per horum generalissimorum principiorū
vel radicum scientiam, intimam cuiusvis rei notitiam,
quod Lullij contemtores ~~etiam ab aliis~~ esse putant, af-
sequi. Nam ab universalioribus ad particularia est de-
scendendum, ut ita per communissimorum cognitio-
nem notitia particularis haberi queat, cū particula-
ria in universalibus contingantur. Ex principijs igitur
eliendæ sunt conclusiones.

Sed eò redeamus, unde degressi sumus, & ordinem
horum principiorū assignemus. Hic cū primis no-
retur, quod Paulus Scaliger habet. *Quatuor*, ait, *li-*
mitibus omne scibile comprehenditur: Mathematico,
quod constat puncto, linea planities sive superficie, corpo-
re. Physico, quod constat seminaria naturae virtute, pul-
lulatione, adolescenti forma, composito. Metaphysico,
ipsa videlicet essentiā esse, virtute, & actione. Quae in triplici-
tates disposita, mirificam quaternitatem explicant, hoc
pacto:

I. II. III. IV.

Mathem. *Punctus. Linea. Planities. Corpus.*
Physic. *Semen. Pullulatio. Forma. Compositū.*
Metaph. *Essentia. Esse. Virtus. Actio.*

Hinc propositiones nascuntur, triplicitates in qua-
ternitates resolvendo, aut quaternitates in triplicita-
tes redigendo, & sic de similibus. Ceterum ordo præ-
dictorum ab solutorum talis est. *Tres priores radices*
rei essentiam, eiusdem essentiae perfectionem, existentiam
ac sub-

Mirabilis
terraciss.

ac subsistentiam respiciunt. 1. *Bonitas cum ente conver-*
titur. Omne enim ens bonū est, in se, & alteri. 2. *Om-*
ne bonum est magnum. Magnitudo enim est perfectio.
Nihil autem enti est intimius perfectione ipsa, vel quā-
titate perfectionali. Id enim est majus, quod melius,
ut ait Aug. in 6. de trin. c. 7. 3. *Omnis magnitudo du-*
rat. Ubi enim essentia est ad singularitatem & pecu-
liarem subsistendi modam contracta, existit duratio.
4. *Omne durans agit.* Nam nulla res operationem ali-
quam producere potest, nisi existat vel singularis sit,
ut ait Arist. in proœm. Metaph. Itaque sequitur po-
testas durationem. 5. *Potestas est potentia activa ope-*
randi. Ergo præcedit modos operandi, qui per *Cogni-*
tionem & appetitum intelliguntur. 6. Cognitio autē
appetitum præcedit, veluti dirigens id, quod dirigitur.
Nam cognitio est perfectio intellectus, appetitus autē
perfectio voluntatis. Intellectus autem nobilior vo-
luntate: quia ille rex, hæc regina, Radices ultimæ,
Virtus, Veritas, Gloria denotant consummationem &
complementum rei. 7. *Virtus* præcedit, quia priores
radices cum ultima & penultima unit. 8. *Ex unione*
pullulat veritas. 9. *Gloria* occupat ultimum locum,
quia omnes in eâ, tanquam ultimo complemento, qui-
escunt.

Inter respectivas radices talis est ordo. *Primus trian-*
gulus cum tribus prioribus absolutis concordat. Nam si-
cuti Bonitas significat rei essentiam, Magnitudo per-
fectionem rei essentiale, Duratio ejusdem rei ex-
istentiam vel subsistentiam: sic per *Concordantiam &*
Differentiam habetur determinans & determinabile,
ex quibus simul conjunctis rei existentia p̄det ac per-
fectio. *Contrarietas* vero Durationi responderet: quoniam *ri-*
ges extra causas & principia sua existentes variis quoq;
oppositionibus sunt subjecta. Opponuntur autem
vel concordant in bonitate, magnitudine &c. ratione
principii, medii, finis, majoritatis, aequalitatis, inno-
rita-

Ordo prædi-
catorum re-
spectuorū.

Primus trian-
gulus consi-
deratur.

1. Concor-
dantiam.

2. Differen-
tiam.

3. Contra-
rietatem.

de quovis ente, secundum varios modos suprà explicatos:
videlicet in concreto, vel abstracto, essentialiter vel causaliter
&c..

Aliter autem prædicantur de aliis subjectis. Nam *Methodus*
in Deo convertuntur. *Ex his omnis definitio & divisio definiendi &*
oritur. Qui igitur hæc prædicata in promptu habet, si- dividendi.
ne omni difficultate poterit cuncta definire & divide-
re, ut infra docebo. De definitionibus horum abso-
lutorum prædicatorum tenendum, quod illuminatus
Lullius ea definierit per actum & operationem, ut o-
stenderet hæc principia vel radices non esse propter se-
ipsa, sed propter universum entium classem, quam
suis operationibus universaliter, specialiter, specialis-
simè ornant. Et hujusmodi descriptiones sunt omni-
um verissimæ. Sic igitur bonitas definiatur: Bonitas
est ens, ratione cuius bonum agit bonum. *Et sicut*
hæc principia definiuntur, ita & aliae res definiantur. v.
g. Afinus est animal, cui competit Afinum produc-
re. Satius est actum diligere, quam proprium. Quia
enim ignoratur Afini differentia specifica, etiam igno-
rabitur proprium quod à differentiâ pullulat. Possum
quidem sic definire, Afinus est animal irrationale ru-
dibile. Sed hæc differentia à proprio desumpta non est
in omnibus perpetua. Quomodo enim arborem vel
plantam potero definire à proprio? Facilius ab actu
possum describere, si non perfectè definire. Denique
de principiis absolutis notetur, quod ea convertantur
inter se, & cum respectivis. Ergo bonitas est magna,
durans, concordans. Et duratio est bona. Concordia
est bona, magna &c.

Figura T continet predicata respectiva, quæ respectu-
um genera ad copiam inventionis videntur maximè ac-
commadata. Hic omnium optima cautio est, ne radi-
ces istæ sumantur pro absoluto suo esse. Alias maxi-
ma oriretur confusio inter priores & has radices, ita ut
artista non posset consequi suum finem in docendo,

Figure T.

ARTIS LULLIANÆ

136 ritatis. Ecce pater primum triangulum esse secundo generaliorem, quia hic per illum examinatur.

Secundus triangulus cum tribus mediis prædicatis absolutis optimè convenit. Nam posse operari re- quiruit principium operationis. Sapientia sive cognitio habet Symbolum cum Medio, &c. è converso. Nam sicut medium inter duos limites constitutum est: ita & Sapientia inter potentiam cognoscentem & cognitum objectum mediat. Finis denique appositè Appeti- tui seu voluntati proportionatur: quia nil desideratur, nisi ob aliquem finem,

Tertius triangulus respondet tribus ultimis radici- bus absolutis. Cum virtute Majoritas convenit: quia virtus est fons multarum operationum, quæ duo ma- joritatem quandam significant. Veritati Equalitas est juncta, cum veritas sit æqualitas sive adæquatio es- sentiae ad suam idem. Et denique Gloria connexam sibi habet minoritatem, non ratione sue essentiae, sed respectu subjectorum variorum. Non enim ab omnibus entibus æqualiter participatur: sed à quibusdam in majori gradu, & ab aliis in minori: ab aliquibus pro- priè & immediate, à quibusdam impropiè & me- diatè.

Hic est ordo: quem studiosi probè observare debet, ut in constituendis definitionibus sciant, convenientia prædicata sumere, & extranea omittere, cognoscendo, quænam prædicata præsupponant aliud prædicatum, vel quænam illud consequantur. Valet quoque cognitio hujus ordinis inter radices ad solvendum ar- gumenta, ut sciar respondens invenire aptas distinc- tiones iater essentiam à modo, modum ab operatione, &c. ab his quæ extrinsecè essentiam vel rei operationem sequuntur. Pauculis hisce verbis continetur modus solvendi Sophismata, quando vitium est in materia. Jam in specie agamus de utrâque figurâ.

Figura A. continet terminos generales, qui predicari possunt

Secundus
triangulus
complecti-
sus.
4. Princi-
pium.
5. Medium.
6. Finem.

Tertius
triangulus
convenit.
7. Majorita-
tem.
8. Äquali-
tatem.
9. Minorita-
tem.

Modus fol.
mensis fo-
pissimata.

Figura A.

K pro-

probando, confutando. Consideretur igitur differentia non pro absolu^{to} illo, quo una res ab alia differt, sed pro relatione illa, quæ in absolu^{to} fundatur. Idem iudicium esto de concordantia, contrarietate &c.

• Erravit hoc in loco Agrippa, qui differentiā &c. definiuit *ceu entia absoluta*. Rectius Lullius definiit. Differentia est, ait, cujus ratione Bonitas, Magnitudo &c, sunt rationes inconfusæ. Ceteroqui quicunque

triplex via doctrinalis. respectus in rebus sunt, tribus illis triangulis comprehenduntur, qui triplici viæ doctrinali accommodati

sunt, mutuo se adjuvantes in explendo officio, alias aliū probando, seque invicem penetrando, ut loquitur Paul. Scalichius. Quapropter *primus divisivus* nuncupatur propter differentiam: Secundus *definitivus* propter principium: tertius *collectivus*, & finis *ostensivus*: cui etiam anguli finis & medii inserviunt. Etenim ad distributionem requiruntur omnes primi trianguli anguli, ad definitionem omnes secundi, ad collectionem omnes tertii. Hinc ex primo triangulo in probandâ propositione aliquâ affirmativâ utimur concordantia: in destruendâ eâ, utimur differentia vel oppositione: & è converso in negativa. Unde differentia accommodata est solutionibus: concordantia ad probandum, & medium inveniendum: oppositio ad improbandum, cui differentia inservit. Sic è secundo triangulo colligimus alicujus rei necessitatem, causalitatem, contingentiam. Tertius vero triangulus vel parum, vel nihil probat, nisi ex locis sibi conjunctis. Quare magis utilis est ad amplificationem sermonis, quam ad probationem rei. Usus igitur horum triangulorum est, ut definiant, dividant, & colligant. Nam omne scibile, omnisq; perfecta scientia in sola ista triplicitate versatur, videlicet, definitione, divisione, collectione. Etenim quibonè novit definire & dividere, is benè etiam argumentari, solvere, discurrere. Id aperiemus in parte 111. Nunc in specie agamus de prædicatis respectivis.

Scientia nostra in tribus rebus absolu^{to} ruitur.

Raymundus tres species differentiae constituit: quarum 1. Triangulum prior reperitur inter sensuale & sensuale, puta inter hominem & asinum. Secunda inter sensuale & intellectuale inter Angelum & Asinum. Tertia invenitur inter intellectuale & intellectuale, ut inter Deum & Angelum, inter Angelum & animam rationalem. Per has enim differentias omnes res differunt: quoniam omnis res aut est *sensibilis*, aut *intelligibilis*. Per sensuale autem autor noster intelligit, quæ sensu percipi & cognosci possunt: sed per intellectuale, quæ solâ vi intellectivâ apprehenduntur, sicuti sunt spiritualia omnia, & ea, quæ per intellectus vim tam abstractivam, quam collativam suum esse habent: quæ nominant logici universalia, secundas notiones, vel entia rationis. Si igitur distinguere discipis, triplicem hanc differentiam observa: nec non distinctiones pete è subjectorum classe.

Concordantia, sicuti differentia, itidem *triplex* est. Concordantia 1. inter Sensuale & Sensuale, ut ignis & aer concordat. *triplex.* 2. inter sensuale & intellectuale, sic anima rationalis & corpus concordant. 3. inter intellectuale & intellectuale. Ad has concordantias reliquæ omnes reducuntur. Verum si numerum innumerum harum concordantiarum & identitatum tibi comparare cupis, discurre per quinque prædicabilia, decem prædicamenta, per 18. prædicata seu radices Lullii & demum per *modus factus* 1. *prædicata* in centum formas. Idem observare poteris ad multipliciter quodlibet prædicatum, tam absolutū, quam respectivum, recurrendo etiam ad novem subjecta, & regulas vel quæstiones.

Oppositorum seu *contrarietatis tot sunt species*, quot contrarietas fuere differentiae & concordantie. Contrarietas est ratione qualitatum, non autem substantiarum. *Talis est.* 1. inter sensuale & sensuale, ut ignem & aquam. 2. inter sensuale & intellectuale, ut corpus & spiritum. 3. intellectuale

| | |
|---|---|
| 2. Triangulo & intellectuale, us Angelum bonum & malum. <i>Ius rubens.</i> | Substantiale. Dicitur causa. |
| Principium. Principium est | Accidentale, quod continet novem prædicamenta, & apud Lulliū significatur per quantitatem & tempus. |
| Medium. Medium triplex | Conjunctionis, inter subjectum & prædicatum. Mensurationis, ut est actus inter agens & agibile, ut amare inter amantem & amabilem. Extremitatum, ut linea inter duo puncta. |
| Finis. Finis | Privationis, ut mors. Terminationis, ut duo puncta in linea. Perfectionis, ut contemplatio hominis est finis. |
| 3. Triangulo & crocessus. Majoritas, minoritas & æqualitas tribus modis considerantur. 1. Inveniuntur inter substantiam & substantiam, ut hominem & asinum. 2. Inter substantiam & accidens, ut inter hominem, ac ejus sapientiam. 3. Inter accidens & accidens, ut inter frigus & calorem. <i>Hic introspice specimen harmoniae Lullianæ.</i> | |

I. Harmonia novem subiectorum & quatuordecim arborum.

| | | |
|---------------------|-----------|--|
| 1. Deus. ——— | Arbor | XIV. Divinalis XIII. Christianalis XII. Maternalis. XI. Ævitalis. |
| 2. Angelus. ——— | Arbor X. | Angelicalis. |
| 3. Cœlum. ——— | Arbor IX. | Cœlestialis. |
| 4. Homo. ——— | Arbor V. | Humanalis. |
| 5. Imaginativa. ——— | Arbor IV. | Imaginalis. |
| | 6. Sen- | |

| | |
|-------------------------|--|
| 6. Sensitiva. ——— | Arbor III. Sensualis. |
| 7. Vegetativa. ——— | Arbor II. Vegetalis. |
| 8. Elementativa. ——— | Arbor I. Elementalnis. |
| 9. Instrumentativa. ——— | Arbor VI. Moralis. VII. Imperialis. VIII. Apostolicas. |

II. Harmonia Prædicatorum.

| | |
|-------------------------|---------------|
| Absoluta. | Respectiva. |
| Bonitas | Differentia. |
| Magnitudo | Concordantia. |
| Duratio | Contrarietas. |
| Potestas | Principium. |
| Sapientia seu Cognitio. | Medium. |
| Voluntas vel appetitus | Finis. |
| Virtus | Majoritas. |
| Veritas | Æqualitas. |
| Gloria | Minoritas. |

Locus communis de Deo illius fratris.

Hic succurrit methodus differendi de Deo & creaturis: quæ quum illustreret doctrinam de prædicatis absolutis, non est sicco pede prætereunda.

De

K 3


DE DEO.




Ordo perfectionis in intelligentibus entibus est hic:
ubi intellectus, ibi voluntas: ubi voluntas, ibi potentia agendi: ubi hæc tria, ibi beatitudo.



DE CREATVRIS.



144 ARTIS LULLIANÆ
Si placet, uteris hâc methodo Metaphysico-Logi-
câ.



Praxis no-
stre tabula
continent
summum
mysterium,

Praxis, Unitas, alios flores & fructus profert in prædicamento substantiæ, alios in categoriâ quantitatis. Idem de Bonitate est judicium: Radices examinantur per ramos in prædicamentis. Hoc est summum mysterium, exempli gratiâ. Bonitas inest substantiæ. 1. Simpliciter vel compositè. 2. Secundum prius & posterius. 3. Actu vel potentia. 4. Cōcretè vel abstractè, id est, convertibiliter, vel inconveribiliter. 5. per modum causæ vel causati. 6. Absolutè vel respectivè, &c. Hæc methodus producit Dei gratia ex nostra officina: quam si candidatus, quam informamus, perspicerit, age Deo gratias, qui sua in nobis coronat dona,

IDEA BREVISSIMA.

III. Pars artis Lulliane.

In tertiat parte nostræ artis principalis est observatio, quomodo unaquæq; quæstio juxta eandem hanc artem subito diffusa possit in omnis partis memoriter tractari, Hic occurrit tabula, sive circulus quæstionū seu Regularum, qui superiorum omnium usum complectitur. His enim regulis totum artificium Lullianum Regule sunt optimè regulatur, atq; per harum exquisitam notitiam sic intellectus hominis dirigitur ac illuminatur, ut absq; omni remora & difficultate ad omnia quæstionē respondere valeat, ac in ignoti cujuscunque definitiūm conceptum devenire possit: quia definiendi ratio ac modus ab his sumitur. Ideò vocantur regulæ.

Praxis est multiplex, I. Sume subjectum & prædicatum, idque per circulum quæstionum deducito, ut efficias quæstionem: quam decides ex generum illorū differentijs & analogijs, pro & contrâ subito quod velis extruendo. v. g. Sumo è circulo subjectorum literam B, id est, Deum, pro subjecto propositionis, & ex figura A Bonitatem pro prædicato. Hinc in primo loco circuli quæstionum efficitur quæstio: An Deus sit bonus? Eadem deciditur ex figuræ A triangulo: qui totus Deo inest. Nam Deus est bonus trifariam, 2. quia est, & quatenus est, 3. quatenus est unus. 3. quatenus perfectus. Hæc quia homini eodem modo non insunt, hinc colligitur per differentiam, hominem non eodem modo esse bonum, quo Deus est bonus. Deus enim est bonus, ut in Scholis loquimur, τῷ αἰώνιῳ ὁμοιότερος τῷ Ιησού.

II. Ratio definiendi, argumentandi &c, sic perficitur. Alia est forma definiendi, dividendi & colligendi in Mundi Angelico, alia in coelesti &c. Quare si desit in aliquo subjecto primus triangulus, secundus considerandus est; & si iste defuerit, ad tertium concedendum. Atque hoc est, quod Dialectici dicunt, si differunt, Regula Dialecticorum, K. 5 rentia.

rentia defit, sumendum esse proprium: si proprium defit, accersendum esse accidens.

His ita præmissis, subjecto & prædicato vel datis, vel quæfatis, media sunt, in mediū danda, quò sermoni nostro fidem faciamus. Id sit per instrumenta figurae T. & circuli questionum seu regularum. Cum igitur tibi propositum fuerit thema quoddam, observa primum triangulum, qui est differentia, concordantia, & contrarietas: & inquire propositi thematis concordantiam, id est, genus, ut Dialectici loquuntur. Hujus concordantiae inquire contraria, quæ in ipsa convenientiunt. Nam partes distributionis debent inter se dissentire, & cum toto consentire. Sic habebis differentiam, quam adjicies tuo proposito & habebis definitionem: ut, si de homine incidat sermo & queratur,

*Rem definiti-
turus ingre-
deretur pre-
dicamenta.*

quid sit homo? Mox quære hominis concordantiam, in qua multa diversa convenient, & invenies hominem, leonem, asinum, aprum: quæ quidem diversa sunt, sed in animali concordant. Quære iterum hujus concordantiae, non dico diversitatem, sed contrarietatem: quia illa est multorum, hæc ad minimum duorum: & deprehendes rationale & irrationale. Adjunge nunc proposito tuo convenientem differentiam, & habebis definitionem, videlicet: homo est animal rationale. Si de asino mihi dicendum sit, eodem modo procedendum erit. An ergò dicam: Asinus est animal irrationale? At idem de leone, apro &c, dici potest. Resp. Hic non irrationale non est contrariorum, sed diversorum concordantia. Ideò quære contrarietatem illius, quæ quum in usu non sit, immo nec detur, accipe loco contrarietas, secundi trianguli tertium angulum, qui tibi opem feret, & quære asini finem, seu finalem proprietatem, & invenies rudere. Hanc differentiam adde proposito, & dic Asinus est animal, cui competit rudere. Idem præstabit minoritas tertij trianguli: Asinus est animal humilium. Aliud exemplum

*Methodus i-
erandi.*

affertur: At idem de leone, apro &c, dici potest. Resp. Hic non irrationale non est contrariorum, sed diversorum concordantia. Ideò quære contrarietatem illius, quæ quum in usu non sit, immo nec detur, accipe loco contrarietas, secundi trianguli tertium angulum, qui tibi opem feret, & quære asini finem, seu finalem proprietatem, & invenies rudere. Hanc differentiam adde proposito, & dic Asinus est animal, cui competit rudere. Idem præstabit minoritas tertij trianguli: Asinus est animal humilium. Aliud exemplum

plum

plum de Anima. Quære subjecti hujus concordantiam, erit spiritus, forma vel idæa. Quære jam differentiam per contrarietatem; quæ erit in imagine Dei secundum similitudinem Dei, & imago extra similitudinem Dei. Nunc adde eam, quæ animæ convenit, partem, & dic; anima est spiritus in imagine Dei, ad similitudinem Dei creata. Aliud exemplum de Angelo. Quære concordantiam, quæ erit Bonitas, Magnitudo &c. Quære differentiam per contrarietatem, siue divisionem. Et habebis bonitatem permanentem & fluentem &c. Dic ergò, Angelus est bonitas fluens de virtute prima. Sic quære Dei concordantiam: quam non invenies: cum supra Deum nihil sit. Ideò hic ad prædicata absoluta deflectas, & addita voce principii dicas: Deus est principium omnis bonitatis, magnitudinis. *Hic observa definitionem perfectam dari non posse sine distributione. Eam ob causam definitio perimetro, non potest in distributione diametro confertur. Iccircò rem definiturus, uenire siue ope divisionis.*

Hucusque de methodo *definitiva*, sequitur *distributiva*. Hæc enim sunt instrumenta scien-
di primaria. Primaria dico: quia dantur etiam secun-
daria. De iis hic sic accipe: Doctrina aut est actio, quæ à præceptore in discipulum transfunditur, aut habitus
animi docendi consuetudine paratus. Ultraque autem cum methodo, aut sine hac sit.

Quæ methodo constat, servato ab initio ad finem *Quæ methodo constat, servato ab initio ad finem sunt instru-
menta scien-
tiæ.*

Omnis disci- possunt: Resolutionis tamen ordine magis inveniuntur, plma tribus compositionis traduntur, definitionis vero memoriae man- modis docen- dantur. Methodus autem est idem unus per omnes. Pro- gressus denique est motus a noto ad ignotum. Qua- tuor: inquam, sunt instrumenta, nec plura, nec pau- ciora, docendi & discendi. Nam res ipsas contempla- mur, aut quatenus sunt substantiae, aut quatenus sunt substantiae affectiones seu passiones. Substantia quidem ope definitionis invenimus. Affectiones vero demon- strationis beneficio. Sed definitio constat ex genere & differentia. Genus inferius investigamus dividendo, superius vero resolvendo. De definitione, primo in- strumento, egimus: sequitur de divisione, & collectio- ne.

*Methodus
divisionis.*

Divisio fit descendendo a genere, vel nobiliore, i.e. si sit ex majoritate, collectio e minoritate. Fit enim ascendendo ab ignobiliori. Exemplo sit substantia. Quare an habeat in se aliquam concordantiam, comprehendens corpoream & incorpoream: que quia concretatem afferunt, bonam divisionem pariunt. Itidem corpo- rea in simplicem & compositam dividitur. Jam collec- tio fit ascendendo, ut cum multa in species divisa sunt, colligantur ascendendo, unde nascitur sorites, v. g. compositum est corpus. Corpus est substantia. Sub- stantia est ens. Ergo compositum est Ens. Ita habetis, quod modum definiendi, dividendi, colligendi certissimum: ubi in transcurso sequentes cautelas pro- bè notabitis,

I. Memoriae mandandi sunt termini, qui principiis artis vel vicini atque cognati sunt, vel iisdem opponū- tur; de quibus sub initium lib. I. egimus. Hi enim di- ligenter in definitionibus & divisionibus propter peculiarem enunciandi modum observandi sunt.

II. Tot genera sunt definitionum, quae sunt species quætionum sive regularum. Memini Jan. Terentius, magni

magni nominis Lulliam, mihi Helvetiam peragrandi anno 1608. dicere, se datum centum cujusque rei, etiam puncti, definitiones. Hoc enigma lector dile- cte pro tua æquitate solvas.

III. Notanda est novæ prædicatorum absolvitorū con- cordantia, & differentia per contrarietatem. Quod si haec defecerit, investigandum erit principium & me- dium ratione finis. Et hoc triangulo deficiente, æqua- litas inquirenda erit, & majoritas respectu minorita- tis. Hinc colligere est, quod talis sit ordo prædicato- rum absolvitorum:



Postquam de themate simplici, definitione & di- visione egimus, instituti nostri ratio flagitat. ut ad the- ma compositum accingamur, &c de demonstratione agamus.

Illud demonstramus quatuor modis, quorum fin- guli desunti sunt è sigulis figuris.

i. E figura A in se multiplicatae, ut bonum est ma- gnus, magnum est durans.

Demonstra-
tio est tertia
scientiæ in-
strumentum.

a. E figu-

2. E figurâ T in se multiplicata: ut concordantia est differens: differentia est concordans.
3. E figura tertia, quæ ex duabus prioribus resultat, ut bonitas est differens, differentia est bona.
4. Quarta componitur è tribus prioribus, ut circuli illi tres conjuncti docent, quorum extremus denotat subjectum medium terminum, seu argumentum tertium, minimus prædicatum.

Quilibet igitur sibi faciat combinationes quam multas velit, pro ingenii sui captu. Nam istiusmodi combinationes per revolutionem circulorum, & transpositionem literarum infinitæ quoddammodo fieri possunt. Nos exemplum subjiciemus in gratiam novellorum Lullistarum, ut eum ad modum omnes reliquias combinationes & invenire, & inventas tractare condiscant.

Tertia figura constat ex prima & secunda, ut cùm dico: Bonitas est differens. Hæc miscet principia cùm omnibus: ut intellectus per omnia &c. singula principia cognoscat quodlibet principium, inveniatque mediū, per quod conjungantur subjectum & prædicatum, & ut ad quamlibet propositionem, quæstionem, conclusionem probandam & declarandam multas inventiat rationes. Continet hæc figura combinationes 81. ex quibus Raymundus solum 36. selectiores posuit: quarum quælibet duas continet literas. Quælibet harum literarum stat pro subjecto & prædicato cuius duarū præcedentiū figurarum A & T. Et hoc modo in qualibet camera sunt 12. propositiones. E.g. Quæritur: Utrum Papistæ sint hæretici? A.

Affirmativa probatur. I. Ex definitionibus primæ figuræ in hunc modum.

B. Qui intitaurat, docet, & propagat jam olim fopitas & damnatas hæreses, est hæreticus. Pontificii id faciunt. Ergò.

C. Quis

- C. Quia urgent & intendunt, quod hæretici intendunt.
- D. Quia obstinato animo perseverant in hæsi.
- E. Quia sua sponte scindunt unitatem Ecclesiæ bellis &c.
- F. Quia simulata m pietatem, & fictam sanctitatem populo ostentant, & scripturæ sensum depravant.
- G. Quia novam, & scripturæ ignotam, inducunt doctrinam.
- H. Quia in hoc sunt toti, ut politia sua jure spoliatur.
- I. Quia verbum Dei adulterant, & veritati relinquentur.
- K. Quia seipso prædicant, suamque gloriam querunt.
- II. Secundò eandem propositionem probo è speciebus triangulorum secundæ figuræ T.
- B. Quia Ecclesiam in varias partes dividunt, in Franciscanos, Jesuitas &c. Q. animalem hominem non discernunt à spirituali, sed voluptatibus sese dedunt.
- C. Quia hominibus placere student, Ecclesiam militarem & triumphantem, universalem & particularem confundunt.
- D. Quia neque Deum neque homines curant, modo sedem meretricis Babylonicae sartam testam habent.
- E. Quia hæreses seminant, movent, continuant.
- F. Quia hæreses cumulant, defendunt &c.
- G. Q. perficiunt hæreses, & desinunt esse orthodoxy.
- H. Q. plus sapiunt quam Christus & primæva Ecclesia. Q. ab Ecclesiæ instituto quam longissime nunc absunt.
- I. Quia

I. Q. se Ecclesiæ & quant, imò doctrinam suam cum cœlesti comparant.

K. Q. obedire nolunt Imperatoribus. Q. canonica scripta rejiciunt, apocrypha canonizant. Q. derogant dignitati politica.

III. Tertiò eandem propositionem probabis per quæstionum sive regularum sp̄ecies,

B. Q. afflant quod omnes hæretici ajunt. Q. negant, quod Ecclesia Christiana affirmat. Q. de scripturæ autoritate dubios reddunt Laicos.

C. Q. novos sectas moluntur, Cappucinorum, Jesuitarum, Mendicantium. Q. in se continent vota hæreses. Q. seminant hæreses.

D. Q. jecerunt fundamenta hæreseon.

E. Q. ætatem consumunt in dilatandis hæresibus, & se segregant ab Ecclesia orthodoxorum, quæ insistit vestigiis Christi, quoad doctrinam & vitam nempe nūdūbāpi.

F. Q. imitantur hæreticos.

G. & H. eodem modo, quo C. & D.

K. Q. Spernunt templum Dei, & mores hæretorum induunt.

Nam Curios simulant, & Bacchanalia vivunt.

Jam igitur dispone sis argumenta cum quæstione, ut legitimi profiliant Syllogismi. Quod si aliqua ex præmissis negetur, recurre ad sequentem literam ejusque argumento prioris literæ argumentum corroborata. Figura enim figuram, & litera literam juvat. e.g. si secundi argumenti in litera C. minor negentur, probandum per argumentum literæ D. Qui id urget & intendit, est hæreticus. At Papani. E. Minor probatur per D. Qui obstinato animo perseverat in hæresi, est hæreticus. Atqui Papistæ. Si & hæc minor negetur, probanda erit per argumentum E. Qui sua sponte scindit unitatem Ecclesiæ, in perseverat in hæresi. At Pontificii.

tificii. Minor non eget probatione. Nam ubi rerum testimonia adsunt, non opus est verbis.

Jam accedit quarta figura, in quâ plura non habes *Discrimen* literarum significata, quām habuisti in tertiat. *Hoc ta- interfigu- men est discriminis. Tertia facit missionem prima & ram 3. § 4. secundæ, format propositiones, & media. Jam accedit quarta, ubi docetur affectio argumenti seu medii ad alterum extremorum: ita ut uno eodemq; labore argumen- tum, probatio, improbatio, solutio emergant. Combi- nationes hujus figuræ simul junctæ faciunt 84. columnas, è quibus constat Tabula magna. Quælibet enim combinatio in tabula magna facit unam columnam viginti particularium combinationum, seu camerarū, secundum distinctionem figurarum: quæ distincio no- tatur per literam T: ita ut omnes literæ posite ante T sint ^{Prætor litteræ} de prima figurâ, & omnes sequentes rō T, sint de secunda ^{T tabula} magna, figura. Itaque prima combinatio revolutionis in figu- ra quarta est BCD. Hæc in 20. particulares dividitur, per multiplicationem duartum figurarum A & T ad in- vicem: ita ut BCD cum T toties transponatur, quo- usque emergat ex hâc combinatione columnæ 20. par- ticularium combinationum sex camerarum. Ea dñe vide ipsum Lullium, tūm Brunum & Agrippam. Quo- modo per hanc tabulam probationes & improbatio- nes fiant docet Lullius παραγόντες in illius quæ- stionis ἀνάλυσι: An mundus sit æternus. Quod exem- plum ipse Agrippa retinuit.*

Ast, inquit aliquis, totus ille discursus quid tandem est aliud, quām inanis βαττολογία & ταυτολογία? Ast, ^{sacra pro- lepsi.} inquam ego, nisi alias hujus quartæ figuræ & colum- narum ejus usus assignetur, quām Lullius & Agrippa assignarunt, est crepitus & strepitus inanis verborum hac in arte: sed alius est. *Est namq; ista figura tertia hor-* ^{Quarta fi-} *ma & regula, quā omnia dirigimus & metimus, qua in* ^{gura est reg.} *ter: in figura concepta sunt. Actria quidem potissimum* ^{regulæ.} *norma, missi-* *hie sunt observanda: Confirmatio argumenti, Obiectio, sive,* ^{norma, missi-} *L Solu-*

Solutio. Confirmatio fit per Concordiam: objectio per contrarietatem: solutio per differentiam. Et ex quocunque loco confirmatio petitur, ex eodem loco peti potest objectio & solutio, observato resp: Cui primi trianguli: qui si deficiat, aut imbecillior videatur, secundus tandem, ut & tertius, accersendus est. v.g. Pontificius est hæreticus. Hæc propositio est sub literis E.C. Et probari potest per omnia principia, ut suprà ostensum est. Jam si quis de grege Jesuitarum vel Suicarum (ne dicam Esauitas) eam negare & improbare velit, contrarietatem accersat, & in hanc figurâ redigat BCTD, atque hac ratione improbet. Affirmativa suprà probata est per C. Hic improbetur per eandem combinationem: Qui Canonicae scripturæ adhæret, is non est hæreticus. Atqui Papales faciunt. Ergò. Hic vides quod antea C probavit, id hic D negare. Solutio jam petenda est è significato literæ B per TBCD. & dicendum est, verum esse, Pontificios uti S. scripturæ testimoniis, sed sequi sensum hæreticorum. Jam in aprico est, ecquis sit usus quartæ figuræ, & columnarum ejus. Agrippa hic ~~hinc~~ ~~aliquando~~, distat à genuina Lullii interpretatione. Nam locos quosdam Dialecticos & Rhetoricos ab aliis precario emendicavit & mutuatus est, & hac ratione non tam artem Lullii illustravit, quam novam commentus est. Facebat igitur Agrippa verbosus: facessant Ciceroniani Logodædali; facessant Dialectici superstitiones, qui dicunt propalam secundæ figuræ syllogismos negativos esse, & tertiae particulares, ideoque repudiant Syllogismos, qui non continentur modis Peripateticis. Existimant enim, istis modis neglectis Sophistis aperiri fenestræ. Quocirca dicunt, contraria negantes principia non est disputandum. At quænam principia intelligunt? Non intelligunt hic principia rerum, quæ ~~per se~~ nominantur, sed suæ artis, quæ ~~per se~~ sunt. Platonici sanè, & veteres philosophi modos istos ignorarunt, contenti simplici intellectus discursu,

Agrippa er-
gor nigris
notatur.

Carpentier
Logici super-
stitiones mo-
dalis et for-
mæ.

discursu, qui est infallibilis. Unde veritatem dixerunt adæquationem rerum & intellectus. Si igitur ex illa adæquatione veritas colligitur, quid modis illis opus est ad discernendum verum à falso? Iccircò non est, quod modos illos adoremus, & habeamus pro oraculis è tripode profectis. Annon, ambo te, hic Syllogismus est legitimus vi & ratione materiæ?

Omne animal est substantia.

Omnis homo est substantia. E. omnis homo est animal.

Et tamen est figuræ secundæ affirmativus.

Nonne item hic probus est?

Omne animal est substantia. Omne animal est corpus. Ego omne corpus est substantia. Utiq; optimus. Sed formæ non admittent. Itane? Annon admittent veritatem? Quasi forma illorum possit præscribere veritati, & illam continere, ut extrâ illos modos non evagetur. Dicant igitur boni illi Dialectici, ecclesia argumenta extrâ & præter ipsorum præcepta vera sint. Ego fatus arte divina Lullii dico, quia medium est concordantia mera. Quid si dicam: Homo est animal. Asinus est animal. E. asinus est homo. Valebitne istud argumentum. Respondent nostri Dialectici, negando. Hactenus rectè dicunt. At quare non valebit? Dicunt, secunda: figuræ argumentatio affirmativa non valet. Hæc ~~analogia~~ nulla. Ego respondeo: medium contrarieatis negativè concludit, seu contraria negando disponuntur. Homo & asinus quidem concordant in animali, at differentiæ & contrarietas etiam expendenda. Tota enim definitio reciprocari debet cum definito. Ergò, majorem sic in formo: homo est animal rationale. Jam vides ex eodem fonte, contrarietate scilicet, objectionem nasci, & solutionem per differentiam fieri. In illa autem figurâ ex istis terminis sic argumentabor negativè: Nullus homo est a-

Concordans est i. Concordantia mera universalem in omnibus figuris, in omni argumentorum genere, affirmativa conservans.

2. Concordantia mixta particulariter, & affirmativa & negativa.

3. Contrarietas negativa, tam universaliter, quam particulariter.

Hinc Dialectici dicunt, primam figuram esse omnisi quantitatis & qualitatis receptivam: secundam solum qualitatis negativam, utriusque autem quantitatis: tertiam utriusque qualitatis, sed non nisi quantitatis particularis.

Nostra sylogisticae methodus. Ceterum quidam putant hac esse naturalem dispositionem omnium argumentationum:

Homo — rationalis — risibilis,

Quæstio est: an homo sit risibilis? A. Arg. Q. rationalis. Procede à laeva in dextram:

Homo est rationalis.

Rationale est risibile.

Ergo homo est risibilis.

Quod si à laeva ad dextram argumentatio non procedat, à dextrâ in laevam discurrendo perge.

Animal — Avis — Corvus.

Corvus est avis.

Avis est animal. E. Corvus est animal. Hac ratione una figura & unicus modus satis erit.

Quicquid horum sit, satis superque constat, nullam fermè artem posse in comparisonem venire cù Lulliana. Nam non solum argumentari Dialectice, sed & perorare Rhetoricè in publico confessu docet. Exemplum ipse Lullius suppeditat in calce Rhetorices: & Agrrippa affert exemplum Canterij de Jejunio. Si præcriptum hujus artis sequaris, breviculam orationem in infinitum protrahes: quam ordinario Rhetoram & Logicorum artificio vix ac ne vix quidem poteris

Arts Lullii docet disputatione Dialectice. & perorare Rhetoricae.

poteris inchoare. Semper tamen illius memineris:

ARTIS EST ARTEM ARTE TEGERE.

PERORATIO.

Paucis, Lector benivole, adumbravimus, quæ sparsim apud Lullium & Lullij interpretes occurserunt. Ne tamen conqueraris de prolixitudine hujus compendii, aliud tibi compendium communicabimus: quod constabit præceptis, regulis, exemplis.

Quiunque in hac vita brevitate, cognitionis studio flagrantes, circuitu minori, orbitaque citatori ducre potuit ad illa

Edita doctrina sapientum templum serena: nœ! ille omni honore, omnique favore dignissimus mihi semper visus. Tentarunt quidem id quam plurimi laudabili conatu, studio forte pari, at successu impari. Unus mihi Raymundus Lullius hic est, ^{Encomium} ~~enarrator~~, ^{Lullus.} qui hujus farinæ opus affecit, perfecit, effecit. Homo omnium scientiarum peritissimus. Utinam & Eloquentiae! Sed hoc ipsi condonandum; præsertim quum tunc temporis barbaries longè lateq; grassata occupat scholastica. Hujusce artis penetralia penitus penetrare, adyta hac clavi referare, obscura illustrare, implicita explicare stat sententia. Tu manū menteque dirige, summe Deus, ut feliciter exequamur.

Combinatoria Lullij ars in duobus potissimum consistit, in certis puta terminis, & eorum applicatione, sive Ars Lullij duabus ab usus.

Termini sunt extrema propositionis, subjectū, de quo, ^{sollicitus par-} quid, & prædicatum, quod de aliquo dicitur. Suntque ^{tibus.} termini ac- certi à Lullio excogitati: ad quos omne id, quod sub ^{magis sine} disputationem potest cadere, referendum.

Hi termini digesti sunt in alphabeto, quod candi- datus hujus artis ad unguem tenere debet; ne oleum & operam perdat.

Brevissimæ
artis Lullia-
nae compen-
dium.

*I. Præcepta
artis Lullia-
nae.*

*II. Ars Lullij
duabus ab-
usus.*

No^o gem sub-
iecta.

Subiecta sunt novem, quorum complexus quicquid est, de quo quæstio moveri potest, comprehenditur. Ea literis ad certum usum appositis Lullio insignire placuit.

Hæc Subiecta firmiter memorie mandari oportet, eorumque definitiones à Lullio propositas, vel aliunde defumtas, item divisiones, differentias, propria, prout passim in arte parva, cabbalistica, & magna ab eodem traduntur.

Sed quia valde ingrati sunt babari isti termini, ante omnia studere puritati debemus, eosque cum diuersis æquipollentibus purioribus commutare.

Adhæc termini sunt vel expliciti, vel impliciti: quorum hi sunt reducendi.

Predicata.

Sequuntur predicata, de quibus agitur in figurâ A & T. primâ & secundâ.

Figura pri-
ma A.

Figurâ A. complectitur praedicata absoluta, quæ de aliquo subiecto quomodocumq[ue] enunciantur. Dico, quocunq[ue] modo: quia aliter de Deo, nempe converubiliter; aliter de cæteris dicuntur; de quibusdam affirmativè, de alijs negativè.

Figura se-
unda T.

Secunda figura est instrumentum, quo artifex in priorem illam figuram agit, distinguendo ceterinos ad latorem usum.

Tertia figu-
ra.

Hæc est prima pars artis Lulliana, nempe terminorum explicatio, supereft altera, quæ est terminorum applicatio seu complicatio: quæ habetur in 3. & 4. figuris.

Quarta fi-
gura.

Tertia figura docet primum modum combinandi terminos utriusq[ue] figura, idque vel separatim & seorsim cujusque, ut bonitas magna, vel mixta, ut bonitas differens: idque variis modis, adjectivè, substantivè, reciprocè &c.

Tabula ma-
gna.

Quarta figura trium precedentium valorem in secundinet: ideoq[ue] tribus constat circulis, quoruns medius me- dium conclusionis invenire docet, & inservit discursu.

Tabula magna quartæ hujus figuræ est proles continet quæ omnium figurarum contenta, ac prouide est materfæ- cundissima.

cundissima, adiuncta per positionem literæ T. que pro va- rietate situ sui literis varias tribuit significaciones. Si præponatur, indicat literas esse omnes ex figurâ T, si interponatur, notat antecedentes esse defumtas ex figurâ A, sequentes è T, si postponatur, indicat omnes literas petitas esse ex figurâ A.

II. Canonæ.

Hæc sunt precepta: sequuntur canonos.

I. Subjectorum & principiorum definitiones quid- ditativæ mandentur memoria; ut si aliquid de aliquo queratur, respondere possimus categoricè affirmando vel negando, aut distinguendo: ita quidem, ut definições primorum principiorum competant defini- tioni nostrorum terminorum, & sic de regulis, sine aliqua læsione principiorum & regularum. Hæc ma- xima tanti est momenti, ut multis in locis à Lullio sit inculcata.

II. In praxi conservetur differentia subjectorum. Nam bonitas Dei differt à bonitate Angeli, &c.

III. Ne concordantia inter unum subjectum & alterum destruatur: putè convenientia Angeli cum Deo in spiritualitate. Hic notabis, quod differentia non tantum de specifica illa accipiatur, sed primariò de ea, secundariò de qualicunque alia externa, per quam ali- quid ab alio differt.

IV. Secundum nobilitatem subjecti nobilia & al- tiora ei tribuenda sunt principia: ut, duratio Dei est altior & nobilior duratione Angeli &c.

V. Termini artis non simpliciter & ceteri sunt accipien- Scala artis, di, sed etiam nō diuersi: & eorum unusquisque per sca- lam artis doducendus est, idq[ue] per crucem +, id est, lon- gitudinem & latitudinem.

Longitudo est à generalissimis per subalterna ad infimis. Longitudo descendens, vel ascensus ab infimis per intermedia ad summa scalam.

III. Exem-
pli.

Latitudo est vel termini alicuius per conjugata insle-

L. + xio,

xio, vel prædicationis mutatio. Hac de redixi lib. I.

Sic fuerunt præcepta & canones, sequuntur exempla.
Nam hæc tria constituunt essentiam artis.

I. *Exemplum explicitum: An mundus æternus?*

Hoc dilatatur à Lullio in art. mag. & Agrip. in comment. Super art. brev.

II. *Exempl. implicitum, ratione prædicati: An mundus sit rotundus? A.*

Reg. *Quæstiones ex iis cellulis primò solvendas* sunt, in quibus illarum termini resident. v. g. *Utrum mundus æternus? N. Arg. 1. ex B. signif. Deus.*

Quia hæc ratione æternitas Dei & mundi convenient, non autem differunt: quum tamen sit differentia inter sensuale & intellectuale. Arg. 2. ex B. signif. Avaritiam. Q. hæc ratione malitia mundi esset æterna. Summum autem malum non datur.

III. *Exemplum omni ex parte implicitum: An motus habeat initium?*

Aristoteles negat, nos affirmamus. *Id Utrum dat tibi B. i. e. Bonitatem, Deum &c. significata.* Motus quia non est nisi in corpore mobili, est sub litera D, quæ cœlum significat, vel sub litera E, ubi Homo. Alter verò terminus, *initium habere*, pertinet ad Æternitatem. Quod enim initium non haberet, est æternum. Indecisione ergo hujus problematis procede eodem modo, quo autor progressus est in illo exemplo, de Æternitate mundi.

IV. *Exemplum implicitum ratione subjecti, explicitum ratione prædicati: An peccata sint æqualia?*

Affirmat Stoa: negat Academia Theologica. *Id Hirn dat*

dattibi columnam B cum contentis, Alter terminus peccatum, est implicitus, ideoque ad explicitum aliquæ referendus. Referes autem ad Bonitatem. Nam contrariorum eadem est doctrina. Potes etiam referre ad literam H, ubi est virtus: vel ad classem vitiorum, ut probes *avaritiam*. Avaritia, gula, ira, invidia &c. non sunt æquales. E. peccata non sunt paria, *Æqualia*, alter terminus est in figuræ T. lit. I. Jam probo negativam I. ex camerâ BCDT. Si peccata essent æqualia, æqualis esset, duratio, magnitudo & malitia eorum. Sed hoc falsum. Ergo & illud. Major pater per regulam C. *Æqualitas enim ea faceret æqualia.* Minor patet per 4, speciem reg. C. Nam individua essent æqualiter habituata malitiâ: id quod falsum. Et per 2, speciem reg. F. Nam tanta est, quanta patitur ratio subjecti, in quo est. Jam non est tanta in homine, quanta in Diabolo, non tanta in puer, quanta in viro.

II. Ex lit. BCTD. sub titulo Bonitatis. Virtutes non sunt æquales, Ergo nec vitia.
III. Ex camera BC TB. Si peccata essent æqualia magnitudine malitiae suâ, nullum esset discrimin personarum, in quas ea committerentur. Sed hoc falsum. Major certa per se. Minor certa ex lit. B. in figurâ T. quæ ut ponit differentiam magnitudinis: ita & malitiae inter intellectuale & intellectuale, intellectuale & sensuale &c. Sic majus & enorius est peccatum, quod in Deum committitur, eo quod in hominem. Sic gravius delinquit, qui contemnit parentem, quam ille qui subsannat alium de plebe. Differentia enī semper minuit aut auget.

IV. Per BDTB. Si peccata sunt æqualia, differentia, quæ est inter sensuale & sensuale ponit diversas æqualitates durabiles & malas, in quibus æqualitas est ratio producens æquale & durans malum: quod est impossibile: quia implicat contradictionem, diversum & æquale esse.

V. Per BDTC. Si peccata essent æqualia, concordarent benè, ideoque paribus passibus ambularent malitia Diaboli & hominis: quod falsum. Nam Diaboli malitia est incorrigibilis.

VI. Per BDTD. Si peccata sunt æqualis durationis, ipsorum contraria sunt æqualis durationis. Sed hoc non. E. Prob. ass. Q. Diaboli & hominis peccata non concordant in æqualitate.

In sequentibus eodem modo procedes columnis & cambris: quæ de re fusè scribere non est operæ pretium. Quod supereft, immortales ago gratias immortali Deo cùm pro aliis summis & infinitis beneficiis, tūm vel maximè, quod meam manum & mentem in hoc opusculo compilando direxit & erexit. Eundem ex intimo cordis affectu togo, ut cultoribus bonarum literarum halcyonia præbeat, & faxit, ut hoc qualecumque opusculum faciat ad nominis sui gloriosi gloriam, & commune bonum, per Filium suum unigenitum, Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum ipso & Spiritu Sancto regnat & vivit Deus benedictus & laudandus in secula. AMEN AMEN.

FIAT FIAT.

NO-

NOVUM SPECULUM LOGICÆ.



N titulo promisi SPECULUM Dialecticæ minimè vulgaris. Eam adornavi ad focum, nunc profero ad forum; idque duplice nomine facio, cùm ut ædificem tyrones, tūm ut ædificer ab ijs, qui in Logicis habent ~~admodum etiam rursum etiam~~. Foras enim trudo hunc festum, ut aliorum methodos viasq; docendi hanc ratione eliciam. Tyronibus prodeesse volui, & sic D^r I, clementissimi mei Patris, gloriam quærere. Ille enim Pater optimus è largissimo suæ beneficitiæ fônte rivulos quosdam hominibus concessit, credo limpidissimos juxta & dulcissimos, quos non aptè cum poeta vocaveris.

divinæ particulam aure.

Eos rivulos in apricum proferam, & campum philosophicum iisdem rigabo. Sicut enim omnes omnis terræ fluvij, rivuli, fontes in mare reditui, gratissima in matrem suboles, commeant; ita & nostrum est, rivulos, qui è scaturagine gratiæ divinæ ad nos usque dimanarunt, ad eundem, unde profluxerunt, fontem deducere & referre. Nolim autem quenquam offendit exilitate principiorum hujus artis. Nam *parva non Humilitas sunt contemenda*, ait Hieronymus, *sine quisbus magna est principia consisterent quenam*. Ausim dicere, studiosum ope hujus compendij Logici intra decendum plus posse effere, quam via docendi & discendi ordinaria intra decennium. Et ne quis me insimulet arrogantis Thrasonicæ, & illud obj. Etet.

Partim in mentes, nascetur ridiculus mensus,
paucis enarrabo, quid utilitatis ex hoc tali compendio & Enchiridio logico ad nos redire possit.

I. Habebimus systema Logices omnibus scilicet numeris absolutum,

ii. Ha-

2. Eadem ars erit subsidium præsentissimum labilis nostræ memorie. Neque tantum juvabit memoriæ, sed etiam intellectum, & aciem mentis.

3. Beneficio hujus compendii poterimus decem, triginta, aut etiam pluribus, sive de diversis argumentis, sive de eodem, amanuensibus & auditoribus memoreriter dictare,

4. Ex tempore poterimus de quolibet theoremate & problemate in Scholis, Foro, Templis differere. His ita præmissis agite ingrediamur adytæ Logica.

Liber I. Logici Gymnasii de Logicâ Categoricâ.

*Definitio
Dialectices.*

Logica est ars sciendi. Ideoque propriū illius munus est tradere modum sciendi, quod nihil aliud est, quam tradere instrumenta sciendi, eorumque naturam, conditiones, & proprietates explicare ac demonstrare. Hinc Aristoteles eam appositiæ vocavit *τέχνη λογισμοῦ*. Ergo Dia'le'tica est ars tradens modum sciendi, & per consequens, docens instrumenta sciendi.

*Divisio Lo-
gicæ.*

Quot igitur sunt instrumenta sciendi, tot utique erunt partes Logicæ. Sex autem sunt præcipua sciendi instrumenta. Acutissimus Scaliger exer. 2. f. 3. quatuor numerat. *Ars sanè* (sunt illius verba) *Dialectica non scientia*. *Eius namq[ue] finis opus*. Instrumenta profectò fabricat ad docendi modos. Sunt ijs duo tantum, resolvens & componens. *Definiens* enim à resolvente nibil prorsus differt. Ut ergo enim utrumq[ue] resolvit, & definitum, & definitionem in partes suas. Instrumenta vera quatuor: *Propositio, divisio, definitio, demonstratio*. *Quare* horum quoq[ue] partes, aut erunt è Naturâ, aut ipsiusmodi comminiscitur. Totidē differendi instrumenta recentet Timplerius, sed alio ordine, dum l. 1. Metaph. c. 1. problem. 9. sicut: *Quatuor sunt præcipua instrumen-ta sciendi, nempe definitio, divisio, Syllogismus, metho-dus*. Per definitionem enim & divisionem cognoscimus questionem.

*Delineatio
Logicæ, è Tim-*

questionem simplicem: quid res sit & quotuplex: per Syllogismum, questionem conjunctam, uirum sit vera vel falsa: per methodum facilis & melius res cognoscimus. Iam autem illorum quatuor instrumentorum naturam, conditiones, & proprietates nulla alia ars, nisi sola 'Dia'le'tica perfectè & distinctè explicat & demonstrat, quemadmodum liquet ex preceptis illius,

Batianus Landus Placentinus in ms. dictato Patavii anno 1550. (quod penes me fuit) quatuor illa instrumenta sic enumerat. *Quatuor sunt instrumenta, nec plura, nec pauciora, differendi*. Nam res ipsas contemplatur, aut quatenus sunt substantiae, aut quatenus sunt substantiaæ affectiones & passiones. Substantiam quidens ope definitionis invenimus: affectiones vero demonstrationis beneficio. Sed definitio constat ex genere & differentia. Genus inferius investigans dividendo, superius vero resolvendo. Quatuor igitur instrumenta secundum Landum sunt: divisio, definitio, demonstratio, resolutio. His in sententiis habeo & invenio quod probem, quod improbem. Probo, quod isti autores Logicam ratione instrumentorum dividendam esse censem. Improbabo, quod quatuor solùm instrumenta Logica commemorant, quum tamen sint numero sex, nempe: *Argumentum seu Categoria. Propositio seu Praedicationis, quæ alias dicitur Axioma: Definitio: Divisio: Syllogismus: Methodus*.

Hanc divisionem paucis producimus. Dialectica est ars, tradens rationem differentandi. Dissertatio est, in qua dissolutum à differente disseritur: ut sunt, *Argumentum*, in quo argutum ab argente arguitur: *Praedicationis*, in qua prædicans de praedicato prædicatur: *definitio*, in qua definitum à definitente definitur: *divisio*, in qua dissolutum à dividente dividitur: *Syllogismus*, in quo conclusio probanda à præmissis probatur: *Methodus*, in qua ordinatum ab ordinante ordinatur.

*Typus Lo-
gicæ è ms.
Landi.*

*Idea Logicas
perfectæ.*

*Sex instru-
menta Lo-
gicæ.*

Hæ defi-

166 NOVUM SPECIUM

*Definitiones
nostras sal-
vantur.*

Hæ definitiones videntur prima fronte insulsæ, sed videntur tantum. Verum quidem est, divisionem non esse immiscendam definitioni: sed hæ partes ponendæ sunt in predicamento relationis. Unum igitur relatum definiendum est per correlatum. Sic dissertatio duabus constat partibus, dissertato & dissertante. Si igitur dissertatio talibus constat partibus, seu genus, etiam species eodē modo erunt affectae. Iccircò partes argumentationis sunt arguens & argutum; definitionis, definiens & definitum &c.

*Dissertatum
sexplex.*

Dissertatum est, quod à differente edifferit. Estque vel commune, vel proprium.

Commune est vel argutum, vel prædicarum.

Proprium est vel theorema declarandum, vel problema probandum.

*Differens
sexplex.*

Declarandum est definitum, vel divisum.

Differens est, quod dissertationum edifferit. Estque vel commune, vel proprium.

Commune est, vel arguens, vel prædicans seu Enunciants.

Proprium est vel declarans, vel probans.

Declarans est vel definiens, vel dividens.

*Apologia &
defensio di-
tributio nostra.*

Sex igitur sunt dissertationi instrumenta. Quæ distributio duplici nomine nobis arridet, cùm quia cum rebus ipsis edifferendis convenit, quæ sunt vel obscuræ, vel dubiæ; tūm quia cum facultatibus & actionibus hominis per dissertationem informandis convenit, hac ferè ratione, ut declarationes obscurorum, intellectus: Syllogismus in dubijs verū à falso discernendo, & illud probando judicio: Methodus confusa ordine disponendo memoriae inserviant. Atque hæ omnes & singulæ dissertationis species eiusdem cum genere suo naturæ sunt, totæque in ratione consistunt, ita ut quod h̄ic sit dissertationum, differens, & dissertatio, id in ipsis speciebus sit Argutum, Arguens, Argutio:


LOGICES.

167

gutio: Definiens, Definitum, Definitio: Distribuens, Distributum, Distributio: Probans, Probatum, Probatio: Ordinans, Ordinatum, Ordinatio. Quæ relationis in hisce omnibus observatio summè est necessaria, unicamque huic arti lucem affert, & ad ejus haec tenus satis superque intricate methodum & cognitionem vel sola facit. Majoris evidentiae causa capitis hasce tabellas.

SEX INSTRUMENTA


Dialectica.



SEX

SEX PARTES DIALE-

ctice.



Hæc est qualis qualis totius regni Logici delineatio: Mihi non est propositum singula minutatim persequi, sed stat sententia Logicum Systema methodicè adumbrare, ut præcepta aliorum logicorum retineantur, sed methodus immutetur. Iccircò ordine, & quidem brevissimo, de singulis logicæ partibus agam.

Categoristica est prima pars Logicae de locis Inventiōnis.


Loca inventionis sunt sedes argumentorum. Argumentorum considerantur partes, communes affectiones, & species.

Partes sunt, arguens, & argutum. Illud nālēxār dicitur argumentum, hoc verò thema.

Argumentorum affectiones sunt Analogia & Anomalia. Hinc

Argumentum

Formaliter.



Talia sunt tria contrarietas, comparatio, autoritas. Nam opponi possunt contrariae causæ, contraria effecta, contrariae comparationes, autoritates. Comparari possunt pares, impares, similes, dissimiles causæ, effectus &c. Deniq; causæ, effecta, contrarietates, comparationes muniri possunt authoritatibus. Sterilis erit praxis Logica, si modò consideraveris rei causam vel effectum. Requiritur, ut considereres causas contrarias, similes, dissimiles, &c sic deinceps.

Argumentum ministeriale est, quod examinatur per Argumentum radicale.

Hoc est, vel primum, vel ortum.

Primum est, vel coordinatum, vel subordinatum.

Coordinatum est causatio, & subjectio.

Causatio est causa, vel effectum.

Subjectio est subjectum, vel adjunctum,

Subordinatum est vel Totum, vel Pars.

Totum est vel integrum, vel genus.

Pars est vel membrum, vel species.

Ortum argumentum sequitur, quod nascitur ex causa & effectu, vel subjecto & adjuncto, vel tuto & partibus.

Estq; vel convenientia, vel differentia.

Convenientia est vel causalis, vel effectiva, vel subjectiva, vel adjunctiva, vel generica, vel specifica. Hoc ordine enim oritur convenientia ex argumentis primis. Distinctio eodem modo dividitur,

T 2.

M 8

Novum Speculum

170 Quod hic dixi de communibus omninū argumentorum affectionibus, id ipsum velim intelligi de reliquarum quoque partium affectionibus. Et quidem hæc tabella probè notanda: quia causæ, dissentantes & reliqua argumenta juxta eas (communes affectiones intellige) dividuntur.

Species argumentorum ab aliis aliâ methodo recententur: nobis hæc magnoperè probatur.

Argumentum verbale. Argumentum est, vel verbale, vel reale. Verbale est cum divisio evolutio, vel paronymiae (hinc Notatio) vel homonymia, nova. & Synonymia, hinc conjugata.

Argumentum prædictabile. Argumentum reale est triplex, Prædicabile, Prædicamentale, Topicum. Huc igitur pertinet doctrina de prædicabilibus & prædicamentis, de quibus Melancht. Keckermannus, Polanus &c. fusè scripserunt.


2. Prædicamentale. Argumentum Topicum quì sit subdividendum queritur. Hic ne videamus quid novi afferre, implorabimus opem aliorum Logicorum. Tu igitur, Marce Tulli Cicerero, ades dum, & nobis commonstrato perplexa hæc in materiâ methodum. Tu enim Gorgiæ Leontini artem in oratore tuo exprimis, dum aīs, cum paria paribus adjuncta, & similiter definita protulisse: itemq; contraria contrariis relata, quæ sua sponte, etiam si id non agas caderent plerumq; numerosè, primum inveneris. In quibus paucis verbis tota doctrina Topicæ (quæ iēzū quadam sic dicitur) methodus continetur. Ciceroni subjungo Tholozanum, qui eandem methodum probat in lib. 17. art. mirab. cap. 20. 21. Cujus verba suprà citavi. Tu denique, Hieronymus Treutlere accede, & utilitatem methodi, quam traditurus sum, ostende. Tu enim l. 2. Isagog. Rhet. c. 8. fusè hæc de re agis.

Argumentum ministeriale.

Argumentum radicale. Argumentum radicale est, per quod examinantur gradia & ministerialia.

T A-

Novum Speculum
TYPVS ARGVMENTORVM.



Exemplum, probandi viam ex locis ostendens.

Thema: Parentes sunt honorandi.

Arg. I. Ab efficiente causa: Q. à Deo præfecti:

2. Anotatione. Q. parentes à parendo.
3. A fine, Q. eam ob causam Deus nos subjecit eorum imperio.
4. Ab effecto. Q. nobis dant victum & amictum.
5. A comparatis, Benefactor est honorandus. Ergo multò magis parentes.
6. A simili. Q. etiam bruta id faciunt.
7. A testimonio sacrarum, & profanarum literarum.

• Lib. II. Logici Gymnasii De Logica Axiomatica.

*Logica axiomatica tractat de predicationibus. Pre-
dicationis considerantur partes, communes affectiones, & species.*

Partes sunt predicans & predicatum.

Communes affectiones sunt. 1. affirmatio & negatio. 2. veritas & falsitas. 3. necessitas & contingentia. Huc pertinent tres leges axiomaticæ.

Species considerantur materialiter, vel formaliter, seu absolute, vel respectivè.

Ty-

TYPVS PRAE-DICATIONIS.

| | | | |
|---|---|---------------------------------------|--|
| <i>Absolutè respectu formæ: ubiq' tra- duuntur</i> | <i>Essentia & Accidens</i> | <i>Principia & Accidens</i> | <i>Essentialia & Subiectum. Attributum.</i> |
| | | | <i>Determinantia & Quantitatem. Significationem.</i> |
| <i>Affectiones</i> | <i>Concreta & Enun- ciationis</i> | <i>Expressum & Intellectum.</i> | <i>Simplicem & Verbū. Est Compositum; Coniunctio an- ligna.</i> |
| | | | <i>Aequipollentia. Conversio. Oppositoria.</i> |
| <i>Divisiones respectu</i> | <i>Quantitatis & Qualitatis</i> | <i>Signo</i> | <i>Universali. Particulari.</i> |
| | | | <i>Subiecto singulare.</i> |
| <i>Cum respe- ctu ad ma- teriam: & sic Enun- ciatio est</i> | <i>Substan- tia</i> | <i>Affirmans. Negans.</i> | <i>Congrega- tiva & Segregati- va</i> |
| | | | <i>Complexus & Compo- site</i> |
| | | | <i>Copulata & Connexa Discreta & Disjuncta.</i> |
| <i>Vera & Falsa</i> | <i>Proprietas & Impropria</i> | <i>Necessaria & Contingenter.</i> | <i>Proprietas que oritur ex causis effe- tibus, &c.</i> |
| | | | <i>Quae oritur ex argu- mentis</i> |
| | | | <i>Coordinatis-Metonymy- sis. Subordinatis-Synec- doche. Conveniens-Meta- phora. Differens-Ironie.</i> |

Liber

Liber III. Logici Gymnasii de Logica
Horistica.

LOgica horistica tractat de definitione. Hic consideratur precepta, & canones. Precepta sunt de partibus, communibus affectionibus, & speciebus definitionis. Canones agunt de modo definiendi ex causis, effectis, subjectis &c.

Liber IV. Logici Gymnasii de Logica
Meristica.


LOgica meristica agit de divisione. Divisionis con-
sideratur, precepta & canones: codem, quo in lib. su-
poriori modo,

Lib. V. Logic. de Logica Syllogisti-
ca.

SYLOGISTICA agit de formando & judicando Syllogismo. Syllogismus

Syllogismi

M 4



Methodus

Catholica quae artes sunt et disponuntur.

Thematoponitrix.

Generis *Regis* *Synthetica* *Strategia*

seu *laris.* *laris.* *et* *et*

Sapientie.

Irregu *Deficiens.* *Theorematis-* *Thematoponitrix*

laris. *Excedens.* *ca seu De-* *ca seu De-*

Inversio. *Inversio.* *clarativa* *clarativa*

Partic. *problematica,* *problematica,* *Declarativa*

laris. *seu Proba-* *seu Proba-* *argumentatio*

rius *tione quam-* *tione quam-* *adhibentur à voce, causa:*

do queſſio *do queſſio* *effeſto &c.*

convo- *convo-*

tor. *tor.*

1. Problema *seu* *statu quo-* *1. Problema *seu* statu quo-*

sionis *et* *cōtraversia re-* *sionis* *et* *cōtraversia re-*

et *confutatur.* *et* *confutatur.*

2. *Eius strategia partis, An-* *2. *Eius strategia partis, An-**

cedens et Consequens *cedens et Consequens*

perpendatur. *perpendatur.*

3. *Argumenta ex strategie* *3. Argumenta ex strategie*

parte, ordine convechi- *parte, ordine convechi-*

ent per se continentur. *ent per se continentur.*

4. *Partis contraria argu-* *menta ponderentur.*

M. 5

OBSERVATIONES PRACTICÆ.

 Quando de re quāpiam differere sat agis, omnium prīmō expende, num sit thema simplex, vel conjunctum.

Thema simplex sic tractabis.

*Thematis
simplicis tra-
ctatio.*

Hoc thema deducendū est per loca inventionis. Exquirenda sunt Nomen, Prædicabilia, Prædicamenta, & reliqua loca inventionis, v. g. si de fide tibi in Theologiā sit differendum, considera ipsum nomen, dein deduc per prædicabilia, tertio vide, in quoniam sit prædicamento, quartio deduc per reliquos inventionis locos, nempe causas, effecta eāc, cognata, contraria &c.

Perlustratis his categoriis, ex hisce terminis simplicib. compositos, erue & combina axiomata ex variis locis inventionis. Compositis & combinatis hisce axiomatis, vide, quenam illorum sint apta definitioni. A definitione progredere ad divisionem. Jam si ulterius vis pergere, nascetur thema conjunctum, quod sequenti modo pertractabis. Cautio. Loci inventionis serviant & inventioni & amplificationi.

Tractatio thematis coniuncti.

*Thematis
compositi
tractatio.*

Prīmō omnium questiones multiplica. Formæ quæstionum sunt, Utrum, Quid, Quotuplex, Quomodo, Quare. Has formas quæstionum conjunge cum categoriis seu locis inventionis, & immensa quæstionum farrago te obruet. e. g. Si tibi sit differendum de Deo, sic procede: An Deus est? An est causa? An multa sunt ejus effecta? Quid est? Quomodo est? Sic. An scriptura Sacra est Dei verbum? Quid est? Quotuplex est? An est clara? Quomodo est clara? Quare est clara? Hæc est facillima multiplicandarum quæstionum methodus.

Secundus

OBSERVATIONES PRACTICÆ. 179

Secundō questiones obscuras explicabis, & dubias confirmabis. Argumenta autem petuntur ex naturā utriusque extremi, id est, subjecti & prædicati, secundum varia loca inventionis: ut, hac quæstio occurrit probanda: An eloquentia cum philosophiā sit conjungenda? Ea probatur.

I. A natura subjecti. 1. à causa: quia provenit ab ingenio præstantia, & liberali eruditione. 2. ab effectis, quia Eloquentiae luce veritas illustratur, & sapientia ornatior redditur. Sic procedes per omnes inventionis locos.

II. A natura prædicati: 1. à conjugatis. Quia philosophus opus habet eloquentia. 2. Quia omnis virtus cum alia virtute rectè conjungitur. 3. à testimoniis & exemplis.

Postremò addatur refutatio objectionum, secundum regulas legitime solutionis. Quum autem neq; verba, neque res in Logica nascantur, copia verborum & rerum ex aliis disciplinis petenda. Modus probandi & differendi ex Logica hauriatur: quem fusius circumscribemus.

Primū ob oculos ponenda sunt prædicamenta, in prædicamē quibus differendi elementa prima disposita sunt. Mox ^{tornum usq;} rerum, que sunt in quæstione, i. e. subjecti & prædicati, ^{1as.} definitiones sunt considerandæ, e. g. Si queratur, an mundus sit aeternus? Mundi & aeternitatis definitio-nes excutiantur. Tertio proprietates, que necessariò con- mitantur naturas earum rerum, que sunt in quæstione, diligenter considerande. Deniq; antecedentia, consequētia, & repugnantia illarū ipsarū rerū spectanda veniūt.

Antecedentia sunt, de quibus universè affirmatur con- sequens, sive id fiat necessariò, ut justitia respectu vir- totis, sive probabiliter, ut parentes respectu ^{neq;} erga liberos.

Consequētia sunt, que de rebus antecedentibus uni- versè affirmantur, sive necessariò, ut virtus de justicia, ^{ta quid sint.} sive probabiliter, ut diligere patos, de parentibus.

*Repugnantiæ
t. e. quid
sint.*

*Repugnantia sunt, quæ dñebus, quibus repugnant,
affirmari aut nullo modo, aut raro, possunt, ut malum de
justitia, & odiosos de parentibus.*

*His positis, cum quatuor sint questionum genera,
proponi possunt*

Generales { *Affirmantes 1.* *Affirmantes 3.*
 seu univer- Particula- Negantes 2. res *Negantes 4.*

*Quatuor documenta-
menta utilissima.* *quatuor documentis complecti possumus generalem
inveniendorum argumentorum rationem.*

*Quæstio uni-
versalis affir-
mansi.* I. *Documentum. Ut quæstio universalis affirmativa
confirmetur, querendum est aliquid, quod idem sit anteceden-
tis predicati, & consequens subjecti. e. g. Si pro-
banda sit hæc quæstio, Omnisne justitia sit laudanda?
confirmabis in BARBARA i. e. figuræ primæ, seu
explicati secundi modo primo. Accipe ergo virtutem
de quâ universè affirmatur laudandum, quæque uni-
versè affirmatur de justiciâ. Syllogismus erit talis.
Omnis virtus est laudanda. Omnis justitia est virtus,
Laudanda igitur.*

*Quæstio par-
ticularis af-
firmans.* II. *Documentum. Ut quæstio particularis affirmans
probetur, querendum est medium, quod idem antecedens
predicati & subjecti, aut consequens predicati, & ante-
cedens subjecti. e. g. Quedam substantia est vivens, ut
animal. Hinc concludis in tertiat figurâ; Omne ani-
mal est substantia, vel sumes corpus pro medio, & con-
cludes in primat figurâ; Omne corpus est substantia,
Omne vivens est corpus. Ergo quædam substantia est
vivens.*

*Quæstio uni-
versalis ne-
gativa.* III. *Documentum. Ut quæstio universalis negativa
confirmetur, querendum est argumentum, quod idem sit
consequens subjecti, & repugnans predicati: aut contraria
consequens predicati, & repugnans subjecti,*

*Hoc documento probabis, nullum hominem esse
lapidem, vel sumto animali pro argumento, ut con-
cludas*

*cludas in Celarent aut Cesare, hoc modo: Nullum ani-
mal est lapis. Omnis homo est animal. Ergo nullus
homo est lapis. vel, Nullus lapis est animal. Omnis
homo est animal. Igitur nullus homo est lapis, vel sum-
to sensus experte pro medio, ut concludas, in Came-
stres. Omnis lapis est sensus expers. Nullus homo est
sensus expers. Igitur nullus homo est lapis.*

I V. *Ut quæstio particularis negativa confirmetur
querendum est argumentum, quod idem sit antecedens
subjecti, & repugnans predicati.* *Quæstio par-
ticularis ne-
gativa.*

*Hoc pacto probabis, quandam substantiam non es-
se viventem, sumto lapide pro argumento, conclu-
dendo in primat figura: Nullus lapis est vivens. Quæ-
dam substantia est lapis. Igitur quædam substantia non
est vivens. Cæterum quoniam non est exigui momen-
ti res, firmas demonstrationes necesse, quibus nemo
reclamare possit, paucis ostendam hanc artem theore-
maticis.* *Ratione-
mens brandi.*

I. *Variæ quæstiones occurrunt, è quibus solummodo
tres demonstrari possunt. 1. An res sit: ut, sine cœlum
nonum? 2. Qualis sit, ut, an cœlum sit rotundum?
3. Propter quid sit talis: ut propter quid omnes cœli
sunt rotundi? Nam quæstio illa, Quid res sit, non de-
monstratione, sed definitione tractatur.* *Tres quæstio-
nes solus-
sunt dem-
onstrabiles.*

II. *Axioma probandum tale sit, ut non contineat rem impossibilem. In impossibilia enim demonstrare est im-
possibile. non sunt de-
monstrabilis.*

III. *Argumentum demonstrativum est, quod cum sub-
iecto & predicato questionis necessariam habet connexio-
nenem.* *Tres sunt
fontes de-
monstratio-
nis.*

IV. *Loci, quos demonstrator perscrutari debet, tres sunt.
Ex iis enim demonstrativa argumenta eruun-
tur.* *Locus effectorum: ex quibus conficitur demonstra-
tio à posteriori, &c., quod sit.* *Locus effec-
torum.*

1. *Locus causarum. Et quidem ex causis remotis fit* *Locus
causarum.*


182 OBSERVATIONES PRACTICAE.
stratio, quod sit, è proximis, fit demonstratio, propter
quid. Sumet autem quilibet artifex causas suo negotio
accommodas. Physicus uti poterit omnibus causarum
generibus in rebus naturalibus: Metaphysicus &
Theologus omittent causam materiale: Ethicus po-
tissimum finem considerabit: quia bonitas & perva-
ritas actionum humanarum è fine aestimatur.



3. Locus de-
finitionis.

3. Locus definitionis quo maximè utuntur Mathe-
matici. Ex hoc utrique generi demonstrationis argu-
menta suppeditantur. Exemplum. 1. An omne pec-
catum est mortale? A. Quia discrepat à lege Dei. 2.
An homo est risibilis? A. Q. habet animam ra-
tionalem. His utere & fruere, amice Lector,
& omnia tua studia ad Dei glo-
riam dirige.

F I N I S.

Diese zween Zirkel gehören zum Blatt. 103. In
denselben Zirkel einzuschneiden.





| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | B | C | D | E | F | G | H | I | K | L | M | N | O | P | Q | R | S | T | V | X | Y | Z |
| B | C | D | E | F | G | H | I | K | L | M | N | O | P | Q | R | S | T | V | Z | a | b | c |
| C | D | e | f | g | h | i | k | m | n | o | p | q | r | s | t | u | v | x | y | o | l | A |
| D | e | f | g | h | i | j | k | m | n | o | p | q | r | s | t | u | v | x | y | o | l | B |
| E | f | g | h | i | j | k | l | m | n | o | p | q | r | s | t | u | v | x | y | o | l | C |
| F | g | h | i | j | k | l | m | n | o | p | q | r | s | t | u | v | w | y | o | l | D | |
| G | h | i | f | c | m | n | o | p | q | r | s | t | u | v | w | x | y | o | l | e | f | |
| H | i | k | c | m | n | o | p | q | r | s | t | u | v | w | x | y | o | l | e | f | g | |
| I | f | l | c | m | n | o | p | q | r | s | t | u | v | w | x | y | o | l | e | f | g | |
| K | l | m | n | o | p | q | r | s | t | u | v | w | x | y | o | l | e | f | g | h | i | |
| L | m | n | o | p | q | r | s | t | u | v | w | x | y | o | l | e | f | g | h | i | j | |
| M | n | o | p | q | r | s | t | u | v | w | x | y | o | l | e | f | g | h | i | j | k | |
| N | o | p | q | r | s | t | u | v | w | x | y | o | l | e | f | g | h | i | j | k | l | |
| O | p | q | r | s | t | u | v | w | x | y | o | l | e | f | g | h | i | j | k | l | m | |
| P | q | r | s | t | u | v | w | x | y | o | l | e | f | g | h | i | j | k | l | m | o | |
| Q | r | s | t | u | v | w | x | y | o | l | e | f | g | h | i | j | k | l | m | n | o | |
| R | s | t | u | v | w | x | y | o | l | e | f | g | h | i | j | k | l | m | n | o | p | |
| S | t | u | v | w | x | y | o | l | e | f | g | h | i | j | k | l | m | n | o | p | q | |
| T | u | v | w | x | y | o | l | e | f | g | h | i | j | k | l | m | n | o | p | q | r | |
| V | v | w | x | y | o | l | e | f | g | h | i | j | k | l | m | n | o | p | q | r | s | |
| X | w | x | y | o | l | e | f | g | h | i | j | k | l | m | n | o | p | q | r | s | t | |
| Z | # | g | y | o | l | e | f | g | h | i | j | k | l | m | n | o | p | q | r | s | t | W |
| a | o | g | y | o | l | e | f | g | h | i | j | k | l | m | n | o | p | q | r | s | t | X |
| o | g | y | o | l | e | f | g | h | i | j | k | l | m | n | o | p | q | r | s | t | z | |
| Y | o | l | e | f | g | h | i | j | k | l | m | n | o | p | q | r | s | t | u | v | o | |
| o | l | e | f | g | h | i | j | k | l | m | n | o | p | q | r | s | t | u | v | w | o | |
| E | o | l | e | f | g | h | i | j | k | l | m | n | o | p | q | r | s | t | u | v | w | |
| o | l | e | f | g | h | i | j | k | l | m | n | o | p | q | r | s | t | u | v | w | o | |